·Y·22·

Comentū valde perutile magistri Johānis ꝓsoris sup̄ donatum minorē cum pulchris notabilibꝫ atq; argumētis summe bonis. p̄ q̄z cognitōem iuuenes scholares in optimū argumētādi et respondendi modum deuenire possunt facilime



Comentū ꝓsoris sup̄ donatū
regule ḡmaticales atq; ḡmatica nona
pueros phit

Hain 16060

As. 617

Cõmentum versoris

Johannis versoris octo partium orationis explanatio accomodatissima.

Incipit editio pri

ma donati grãmatici vrbis rhome. Per h̄ q dicit (pma editõ) denotat q donat⁹ aliũ libꝝ ꝓposuit q̄ vocat maius alphabetũ. Et p hoc q dicit (donati grãmatici) tangit cã efficiẽs. Per h̄ ꝯo q dicit (vrbis rhome) trãgitur drña iter istũ autorem ꝛ aliũ qui etiã dona t⁹ noiatur ꝛ ideo subdit vrbis rhome. q̄si diceret q hec editio nõ ẽ cuius libꝝ grãmatici. sꝫ illi⁹ q̄ fuit rhomane vrbis. Et p h̄ pz titul⁹ hui⁹ libri. ꝛ cã efficiẽs. dr ãt titul⁹ a titane. i. sole. q̄ sicut sol to⁹ illuiat mũdũ. sic titul⁹ totã libri seriẽ illuiat siue declarat

Sciendũ

pmo. q titulus pluribꝫ modis noiatur. Vocat eñ capitulũ. eo q in capite siue ꝓncipio libri ponit. siue q pl̃a paucis verb capit. Allio mõ vocat clauis scie subsequẽtis q̄ sicut sine clave difficile ẽ domuꝫ intrare. sic sine titulo difficile ẽ ad intellectũ artis subsequntis puenire. Allio mõ ꝓfacio nũcupat. a pre. i. añ ꝛ for faris. q̄ añ narratõem libri ponitur. Allio mõ vocat plogus. a pthos qđ ẽ pmũ ꝛ logos sermo q̄si primus sermo. Nec etiã nõ est ignorandũ q tituli in libris diuersimode assignãt. q̄dam eñ titul⁹ est in quo ponit nomẽ autoris. Vel h̄ incipit homerus siue ꝑgilius. Alli⁹ est in q̄ op⁹ tm̃ ꝓmemorat ꝛ nomẽ autoris subintelligit. vt h̄ incipit liber Geneꝝ vl Exodi. Allius ẽ in q̄ nomẽ autoris ꝛ opus inuenit. vt h̄ Incipit metamorphoseos ouidij. Alli⁹ est in quo nomẽ autoris ꝛ opus inuenit. vt h̄ Incipiũt ysagoge porphirij ad cathegorias aresto. i. ad ꝓdicamẽta. In hoc titulo donati op⁹ ꝓmemoratur cũ dicit pma editio. ꝛ nomẽ autoris cũ dr donati. Sed q̄a hec scientia supponitur grãmatice iõ videndũ est qđ sit grãmatica ꝛ vñ dicat.

Sciendum secũdo. q grãmatica sic diffinit. ẽ (scientia recte scribẽs. rectecꝫ loquẽdi origo. ꝛ fundamẽtum cm artiũ liberaliuꝫ Et dicit (liberales) q̄ quõdã nobiliꝫ ꝛ viris liberis ptinebãt. Vel q̄ in his artibꝫ studetes ab omi impedimẽto seculi debẽt hre aim liberã Et q̄ in pmo loco siue diffinitionis ponit scia loco gñis. ideo videndũ est qđ sit scia. Vlñ scia est aĩe nobil⁹ possessio. q̄ distributa aliꝫ accipit incremẽtũ. ꝛ auarã dedignat possessione q̄ nisi publicet cito elabit. Et dr grãmatica a grãma. i. lra. ꝛ icos scia q̄si lralis scia. eo q nos lratos facit. Est ãt lratus q̄ lras in syllabas. syllabas in dcões. ꝛ dcões in orõnes scit vere ordinare. rectecꝫ ordinatas ꝓferre ꝛ exꝑmere.

Sciendũ tercio. q sciarum alia ẽ ciuilis. alia nõ ciuilis. Ciuilis est q̄ ad cives ptinet. q̄ triplex est. Infima q̄ ẽ de rebꝫ infi-

Super donatum

mis. Et sub ista pñt comphendi oēs scie mechanice. Vl' dī infima q̄ infimis hominib⁹ pueit. vt sartorib⁹ calciatorib⁹ ꝛc. Alia ē mediocris q̄ habet fieri circa res mediocres vt circa ciuitatez ꝛ hmōi. Et sub ista ꝯtinētur scie morales quaꝝ sunt tres. scz. yconomica. pollitica. ꝛ monastica. Monastica ē scia docēs regere vnū hominē. Et dī a monos qđ est vnū ꝛ icos scia q̄si scia docēs regere vn̄ hoiez Et yconomica ē scia docēs rgere failiā Et dī ab ycos qđ ē scia ꝛ nomos dom⁹ q̄si scia de regimine domus. Pollitica est scientia docens regere ciuitatem Et dicitur a polis quod est ciuitas et icos scientia quasi scientia tractans de regimine ciuitatis. Tercia autem ciuilis scientia dī sublimis. q̄ in sola rez ꝓplatōe cōsistit. Et sub ista cōphēdunt oēs sciētie rōnales .s. grāmatica logica rethorica. q̄ dñr facere triuiū. sb ipa etz cōphēdūt oēs sciētie reales. q̄ sb reb⁹ cōtinēt s. phica metaphica ꝛ mathematica

¶ Sciendū quarto. q⁹ in pncipio hui⁹ libri sicut ꝛ in pncipio cuiuslibet alteri⁹ q̄ttuor sunt cause inq̄rende. scz cā efficiēs materialis formalis ꝛ finalis. Que sit causa efficiens hui⁹ libri dcm est ꝓus. Sed causa materialis ē ps oꝛōis absolute cōsiderata. Et ꝓ hāc q̄d sit subiectū huius libri. q̄a ꝓ cām materialem tangit subiectū eius. Causa formalis est duplex scz forma tractādi ꝛ forma tractat⁹. Forma tractatus est diuisio libri ꝓ capitula. ꝛ capitulo⁹ ꝓ partes. ꝛ ꝑtiuz per ꝑticulas. Forma tractādi est mod⁹ ꝓcedendūn isto libro. qui q̄dem modus est diffinitiuus diuisiuus ꝛ exemplo⁹ positiu⁹. Causa finalis est duplex. scz intrinseca ꝛ extrinseca. Intrinseca est cognitio ꝑtz oꝛōis in se. ꝛ suis ꝑtib⁹ ꝓprietatib⁹ ꝛ causis. Sed causa finalis extrinseca ē triplex. scz rem ora remotior ꝛ remotissima. Remota est cognitio grāmatice. Remotior ē cognitio phīe. Remotissima est felicitas humana. ad quā finaliter oīs sciētie oꝛdinātur. Et sic patet q̄s sit titul⁹ hui⁹ libri. Et cui parti phīe subꝛdinet siue supponat. ꝛ quot cause ei⁹

Cōtra predicta arguit̄ primo sic. Sciētia capit denominatōez a suo subiecto. sed ista sciētia vocatur sciētia donati. q̄ donatus est subiectū huius libri. ꝛ ꝓ cōsequēs non est causa efficiens. ¶ Secūdo sic. Subiectū sciētie dzeē vnū. q⁹ ab vnitate subiecti scētia dī vna. sz ꝑtes oꝛōis nō sunt vnū. cū sint octo. q̄ ps oꝛōis non est h subiectū ¶ Tercio sic. subiectū sciētie dz habere ꝑtes vt dī ꝓmo posterioꝝ. sed qđ habet ꝑtes dī totū. q̄ subiectū est qđdā totū ꝛ nō ps. ꝛ ꝓ consequēs ps oꝛōis nō ē subiectū hui⁹ libri. ¶ Quarto sic. subiectū dz esse adequatū sciētie. cui⁹ est subiectū. Sed ps oꝛōis non est adequata huic sciētie. q⁹ de parte oꝛationis etiā determinat logicus vt patet in ꝓmo periarmenias. ergo pars oꝛōis nō est subiectuz huius libri. ¶ Quinto sic. Illa scientia non est vna. que tendit ad diuersos fines. Sed hec scientia est huiusmodi vt dictum est de causa finali. ergo non est vna sed plures

Comentū versoris

Ad argumēta in oppositū

Ad primū dicit q sciētia nō denominat sp a suo subiecto sed quādoq; a pncipaliori pte. qnq; vero ab aliq; pprietate eius qnq; a discipulo. qnq; a cā efficiēte vt patz in ꝓposito ¶ Ad scōm dr q ps oroīs absolute capta p intellectū pscindēs ab oibus ptibus oroīs est hic subiectū. z nō hec ps ista vl illa. sicut in libro ꝑdicabiliū vle in cōi est subiectū z nō h vle vel illud z ideo ps oroīs sic accepta ē qd vnū ¶ Ad terciū dr. Licet ps oroīs per cōpatōem ad oraōem dicat ps. tñ p cōpationem ad octo ptes oroīs (q sub pte oroīs in cōi accepta cōtinent. z etiam p ꝓpatōnem ad suas pprietates causas z pncipia) pt dici quoddā totū. Nō eīm est inco uenies id ē p ꝓpationem ad diuersa esse ptem z totum ¶ Ad quartuz dicit. q ps oroīs incēptū cōgrua nō cōsiderat a logico. Nā logicus psup/ ponit oraōem m ꝓgruam cū omib suis ptib sed ps oroīs cū alia. fcans ve re vl false ꝓsiderat a logico ¶ Ad qntum dicit. q scia tendens ad diuer sos fines intrinsecos nō est vna. qr finis intrinsecus sciētie est pfcā ꝓg nitio sui subiecti attributionis. qđ dicit eē vnū in scia. cuius ē subiectū sed nō ē incōueniēs q vna scia tēdat ad diuersos fines extrinsecos. Nō ista scia hz tm vnū finē intrisecū. q est pfecta cognitio ptis oroīs.

Artes oraōnis quot

sunt octo. que. nomen. pnomen verbuz aduerbiū. rc. Postq; determiatum est de quattuor causis hui libri z de titulo. z cui pti phie subordinet ¶ Hic ꝑmittendū est ad materiā ei. In pncipio aūt hui libri. a. ponit phemiū in quo ostēdit qt sunt ptes oroīs et qs ordo sit inter eas dicens q octo sunt. scz nomē pnomē ꝓbum z sic de aliis. Est q; iste liber valet ad instruendum pueros. ideo in pncipio sub dyalogo z sub interrogatōne discipuli z respōsi one magistri. autor ꝓcedit pmo qrens qt sunt ptes oroīs. z deinde re/ spondens q sunt octo. Hoc idē facit per totū suū libz/ ¶ Nō dyalogus dr a dya q ē duo z logus pmo qsi duoz sermo. s: discipuli z magistri

Sciendū pmo

q triplex est responsio. quedā est q satisfacit qrenti tantū et nō questioni vt cum queritur quot sunt scholares in scholis z respōdet vn. Ista responsio satisfacit querenti z non questioni. qr questio fit de plibus. z respōsio data ē de vno. Alia est respōsio satisfaciēs questioni tm z nō querenti. vt cū que ritur quot sunt scholares in scholis. z respondet plures vel multi Ista responsio satisfacit questioni. qr questio fit de pluribus z similiter res/ ponsio. Alia est respōsio satisfaciens querenti z questioni simul. vt in p posito. quia cū qritur quot sunt ptes oraōnis respondet octo. Ista re/ sponsio satisfacit querenti z questioni simul vt patet.

Super donatum

Sciendum secūdo q̄ oratio sic diffinit a grāmatico Oratio ē cōgrua dictionum ordinatio. congruam perfectamq; sententiaz demonstrās. Q̄ vt est cōgrua plurimorū ꝯiunctio. pluries in intellectu solidata Q̄t hee diffinitiones cōcordant cū diffinitione. quā dat logicus vt oratio ē vox significatiua ad placitū ꝛc. Pars aūt orōis ē vox significās ꝯceptū in se vel in toto. Q̄t dicit (in se) ꝓpter ptes indeclinabiles. que p se significāt ꝯceptū. sicut nomē pnomē verbum ꝛ ptic̄ipiū significans (in toto) dr ꝓpt ptes indeclinabiles q̄ sunt aduerbiū ꝯiūctō ꝓpositio ꝛ interiectio. que de se nihil ꝟcant. sed disponūt alias ptes ad significādum. Ideo dicit logic⁹ q̄ tales ptes sunt sincathegreumata ꝛ cū aliis significatiue. Q̄ñ hmōi ptes orōis poti⁹ vocant ptes orōis q̄s dcōes vl' voces. q̄ ps orōis includit vocē ꝛ dictionē. ꝛ vltra eas addit modos significādi essentiales. Nā vox importat tm̄ oris plationē Dz dictio vltra vocē importat significatū. pars vero omnia ista. ꝛ cū hoc includit modos significandi essentiales

Sciendū tercio q̄ sufficiētia octo ptiū orationis (q̄re scz tot sunt ꝛ ñ plures nec pauciores) sic potest haberi Nā oīnis pars orationis aut significat mentis ꝯceptū aut mentis affectū. Si secūdū sic est interiectio. Si p̄mū hoc est dupliciter vl' est declinabilis vl' indeclinabilis. Si p̄mū hoc est ire⁹ dupl'r. aut significat substantiam aut actū egredientē a substātia. Si p̄mū hoc est dupl'r. aut significat substantiam cū q̄litate ꝛ sic est nomē. aut sine q̄litate ꝛ sic est pnomen. Si significat actum hoc est dupl'r. q̄ vel ꝟcat actū distantē a substantia ꝛ sic est ꝟbum. aut actū vnitū substātie ꝛ sic ē ptic̄ipiū. Si talis ps orōnis significās mentis ꝯceptū est indeclinabilis. hoc est tripl'r. q̄ vl' est determinatio nois ꝛ sic est ꝓpositio. q̄ est retorsiua casualis ad actū ꝟbi. aut determinatio ꝟbi ꝛ sic est aduerbiū. aut est determinatio vtriusq; ꝛ sic est ꝯiunctio q̄ ꝯiungit tam noīa q̄m verba

Sciendus quarto q̄ in proposito q̄ñ dicitur q̄ octo sunt ptes orōnis nō intelligit de oībus ptib⁹ orōis q̄ duplices sunt ptes orōis. quedam sunt ꝓpinque ꝛ immediate sicut cui dr magister legit hoc nomē magister ꝛ hoc verbum legit sunt partes ꝓpinque istius orationis magister legit. Alie sunt ptes orōis remote ꝛ p se q nō sunt ptes orōis sicut ptes ꝓpinque. vt sunt littere ꝛ syllabe ex q̄bus ꝯstant hm̄ oī ptes ꝓpinque. Q̄t de istis ptib⁹ orōis remotis nō intelligit in ꝓposito. sed solū de ꝓpinquis. Q̄t licet partes ꝓpinque sint plures in numero q̄m octo. quia nomina ꝛ verba in numero sunt infinita saltem quo ad nos quia nos non cognoscimus numerum ipsorum: tamen huiusmodi partes orōnis in specie sunt octo. ꝛ hoc est quod dicit autor. Q̄t sic patz q̄ sunt octo partes orōnis ꝛ quare sunt tot nec plures nec pauciores patuit. Q̄t in hoc sumitur ꝓhemium istius libri. Q̄t dicitur prohemium a protbos quod est primum ꝛ bonus sermo q̄si primus sermo.

Cõmentum versoris

Cõtra predicta arguit̃ p̃mo

mo sic. Sicut se habet significatū ad dictionē. sic se habet modus signi ficādi ad ptem oraõis. Sed ita se habet significatū ad dcõnem. q̃ pt esse vna dictio q̃ est vnū signū generale ad omia significata sicut ens est ge nerale signū oim̃ p̃catorum subē t accñtis. ergo ita se habet modus sig nificādi ad ptem. q̃ est vna ps gñalis ad oēs modos significādi essen tiales. t sic videt q̃ tm̃ vna sufficiat pars oraõis. ¶ Scdo sic. ex noie et verbo potest ꝓstitui pfecta oraõ. t ꝓpter hoc logicus nō ponit nisi duas p̃tes oraõis. ergo nomē t verbum tm̃ sufficiūt ad pficiēdum oraõem. t sic alie ptes oraõis sunt superflue. ¶ Tercio sic omis oraõ aut est pfecta aut i perfecta. igit̃ sunt tm̃ due ptes oraõis scz pfecta t ip̃fecta. ¶ Quarto sic. Illud nō est ps integralis sine quo pt integrari totū. sed sine ptibus indeclinabilibus integrat omis oraõ tam pfecta q̃ ip̃fecta. ergo ptes indeclinabiles nō requnt ad oraõem integrādam ¶ Quinto sic. O ē (quod designat) p̃cat̃ p nomē verbū vl aduerbium q̃ sufficiūt iste ptes enumerare. Ãntecedēs patet quia id quod est. in aliquo p̃dicamēto ē. scz decē p̃dicamēta p̃cātur p nomē ꝓbū vl aduerbiū igit̃ ꝛc.

Ad argumenta in oppositum.

Ad p̃mū dicit̃ q̃ nō est simile. q̃ in p̃cato est rēperire equiuocatiōem si cut ens equiuoce t analogice p̃cat substātiam t accidēs. ¶ Sed in mo do p̃cādi essentiali nō reperit̃ talis equocatio. ideo licet vna dictio pos sit habere plura p̃cata. tamē vna ps oraõis nō pōt habere plures modos p̃cādi essētiales. sic q̃ vnus modus p̃cādi essentialis vnius ptis impor tare t̃ p aliā ptem oraõis. ¶ Ad scōm dr̃ q̃ nomē t verbum sunt ptes oraõis necessario req̃site ad ꝓstitutiōem oraõis. sine q̃bus nulla oratio pfecta ꝓ stitui potest. Sed tamē alie ptes req̃rūtur q̃ ad bñ esse oraõis sicut ad esse hois nō req̃rūtur vestimēta vt scz sit pfectio in sua natura. que tamē requirūtur ad bñ esse hois. ¶ Ad tercium dr̃ q̃ licet sint due ptes oraõ nis subiectiue. tamē sunt octo ptes oraõis integrales. Modo ille ptes oraõis nō sunt integrales. sed subiectiue. ¶ Ad quartū dicit̃ q̃ licz alie ptes a nomie t verbo nō requirātur quātū ad esse pfectarum oraõnum et nō sint ptes oraõis p̃ncipales p̃ncipaliter oraõem integrātes. tamē req̃rūtur quo ad bñ esse. t sunt minus p̃ncipaliter requisite. ¶ Ad quī tum dicitur Negādo ꝓsequētiam. quia partes orationis nō distīg uuntur penes significata sed penes modos significādi. Et quia repe riuntur octo modo significādi essentiales specifici reponētes partem i specie partis igr̃ sunt octo ptes oraõis t nō pauciores

Omen quid est. pars

Postq̃ autor superius posuit p̃hemiū. Nic ꝓsequēter

Super donatum

Dicitur signo
Caret diffinitione
remigij et diffinitur

4

accedit tractatum de octo partibus oro̅is. Et p̄mo determiat de no̅
mine. quia nome significat substātiam. verbum vero ꝓcat actum egre/
dietem a substātia ergo nome p̄cedit verbum. Similiter nome p̄cedit
pnome. quia id (quod ē inuētum ꝓpter defectum alicuius) presuppo
nit ipm esse. Sed pnome est inuētum ꝓpter defectum nomis. ergo p̄o
nome ꝓquitur nome. Determiādo autē de nomie auto̅ p̄ius de/
terminat de eo quo ad eius essentialia. ponēdo diffinitōem eius. Secū/
do eam declarat. In p̄ma parte diffinit nome sic. Nome est ps oro̅is
cū casu corpus aut rem ꝓprie cōiter ve ꝓcās

Quidest diffinitio
Et diffinitur est
oratio indicans

Sciēdū

primo q̄ in hac diffinitione (pars oro̅is) ponit
loco gnis. z residuum ponitur loco differētia
rum. quia nulla aliarum partium oro̅is signi
ficat cum casu ꝓprie aut ꝓmuniter corpus aut rem. Et in hac diffinitio
ne melius ponitur (cū casu) q̄ casibus. quia nomina aptote forme vt
pus z fas. z nomia monaptota nō habēt plures casus sed vnum tātuz
Et p̄ hoc q̄ dicit (cū casu) auto̅ nō excludit nomia plures casus ha/
bētia. quia terminus ꝓmuis indiffinite sumptus indifferēter se habet
ad numerum singularem z pluralem. ergo melius ponitur cum casu q̄
cum casibus. cum dicitur de pluribus. nec etiam excludit nomia habē/
tia solum vnum casum ideo adhuc potius ponitur cum casu q̄ cum ca
sibus. cū significare cum casu ꝙueniat oi noi. significare autem cum ca
sibus nō ꝙuenit oīi nomini

Dicit corp
z dicit res

Sciendum secūdo. q̄ in diffinitione nominis ponitur (corp⁹). id est ꝓpter res ꝓsibiles que possūt oculo videri z manu tā/
gi siue palpari. vt homo asinus bos. Et ponitur (res) ꝓpter res incorpō
reas z insensibiles. vt anima agelus z similia. Et tibi nō est nugatio.
quia licz oīe corpus sit res. tamē nō oīis res est corpus. ideo res stat
pro alt̄era ꝓcatione sui. Et etiam illo modo capit res in diffinitione da
ta a p̄riciano que talis est. Nome est pars oro̅is que vnicuiq̄ subiecto
rum corporum vel rerum ꝓpriam vel communem distribuit qualitatē
que sic debet intelligi. Nome est pars oro̅is que vnicuiq̄ rei ꝓpriaz di
stribuit qualitatem. videlicet nomini ꝓprio ꝓpriam et nomini commu
ni. qualitatem appellatiuam

Nō a p̄risciano sic diffinitur

Sciendū tercio. q̄ in diffinitione nominis a p̄riscia/
no data ponitur (propā) ꝓpter nomia ꝓprie qualitatis. vt virgilius. et
ponitur (communem) ꝓpter nomia appellatiue qualitatis. vt homo ai
mal. Et cosequeter auto̅ subiungit exemplum vtriusq̄ cum dicit pro/
prie. vt rhoma tibris communiter vt vbs flumē Rhoma eīn est ꝓpriuz
nomē vrbis. Et tibris est ꝓprium nomē fluuij. Urbs est nomē appel
latiue qualitatis cōueniēs oīibus vrbibus. Similiter flumē siue flu/
uius est nomē appellatiue qualitatis cōueniēs oīibus fluuijs. Et i/
ta exempla data st̄ de corpore. Et similiter potest exemplificari de rei/
corporea. vt michael: significat eīn rem ꝓprie q̄litatis. Angelus autem
significat rem appellatiue qualitatis.

Cõmentũ porphirij

Sciendum quarto. q̃ vt attestat priscianus significare substantiam cũ q̃litate est ꝓpriũ noīs Et sic capit ibi (cũ) informatiue t nõ copulatiue. ita q̃ sensus ē nomē significat subam cum q̃litate id ē facat subam qualitate informatã. Et in ꝓposito nõ capitur suba vt distinguit ꝓtra accñs. q̃ alias accñtia nõ essent noīa. qđ falsum est: Sz accipit ibi suba ꝓ oīi illo cui nomē imponit Silr q̃litas accipit ꝓ eo a quo nomē imponit. q̃ vnũ nomē ab alio distinguit. Et silr q̃litas non accipit vt est vnũ p̃dicamentũ ab alijs distinctũ. fm quē modũ diffinit in p̃dicamẽtis q̃ q̃litas est fm quã quales esse dicimur. q̃ si hoc mõ sumerem tũc albedo nigredo t similia solũ essent noīa: quod falsum ē. Et his pt inferri q̃ in quolibet noīe duo sunt. scz id cui nomē imponit t illud est substãtia nominis vt dcm̃ est. Et aliud a quo nomē imponit t hoc est qualitas. Et sic patet quid sit nomē. qualiter intelligit diffinitio. t quid sit ꝓprium nominis

Cõtra predicta arguitur.

arguit ꝓmo

ꝓmo sic. Oro nũq̃ pficit sine ꝛbo. sed sine noīe pt oro pfici. q̃ ergo noīe et ꝛbo fit pfcã oro. vt ego lego. g̃ ꝛbum est ꝑncipalior ps oris q̃ nom et p ons dz ꝑcedere nomē

arguit Boetho

¶ Secdo sic. si oīe nomē est ps oris. sequit q̃ nomē extra oẽm nihil esset. sed hoc ē flm. g̃ male ponit in diffinitõe nois ps oris

arguit Terio

¶ Tercio sic. Nulla bona diffinitio dz dari p accñtia. q̃ diffinitio indicat quid est esse rei p ẽntialia quod nõ ꝓuenit accidẽtib⁹ Sed ista dat p accñtia. q̃ dat p casum t q̃litatẽ. g̃ ista diffinitio nõ valet

arguit quarto

¶ Quarto sic. Nulla bona diffinitio dz dari p diuisiõctõem. cũ diffinitio dz indicare q̃d vnũ. sed vbi est diuisio ibi est pl'alitas. sz ista diffinitio dat p diuisiõctionem. cũ dicit ꝓprie ꝓmuniter ve significans ergo.

arguit quinto

¶ Quinto sic. Album est nomen. t tamẽ nõ significat subam cũ qualitate q̃ sola q̃litatem significat vt dicit in p̃dicamẽtis. g̃ nõ oīe nom significat substãtiam cũ qualitate. t per cõsequens significare substantiam cum q̃litate nõ est ꝓprium nominis.

Ad argumẽta in oppositũ

Ad ꝓmũ dicit. q̃ sicut in oīi oro ꝑfecta requirit ꝛbũ sic etiã requirit nom vl aliqđ loco nois positũ. vt cũ dicit ego lego. ego ponit loco nois ꝓprij et sic sonat diffinitio ꝓnois. g̃ nõ sequit er h̃ q̃ ꝛbũ dz ꝑcedere nomẽ.

Ad scõm dicit. Negãdo ꝓnam. q̃ ps in diffinitõe p̃dcã nõ dicit actuz sed aptitudiem. mõ licz nõ sit ps actu. est tñ ps aptitudie. Quicqđ ei ponit in diffinitione alic⁹ dz ee vl'e cũ diffinitio sit solũ ꝟ vnũ. io ps in diffinitione posita dicit aptitudinẽ t nõ actũ

Ad tercũ dr q̃ nulla diffinitio qđditatiua pt dari p accidẽtia. sz p ꝑncipia ẽntialia diffiniti Sz descriptiua bñ pt dari p accñtia. modo ista diffinitio nois est descriptiua. data p sua accidẽtia t gen⁹

Ad quartũ dr licet diffinitõ qđditatiua nõ possit dari p diuisiõctõem. tñ h̃ nõ ē inconueniẽs in descri-

Super donatū

ptiua. q̄ cōtingit plura accidere alicui ideo licz illa accīntia sint diuersa et circūloquātur diuersas passiones inferioꝝ diffiniti. tamē pñt poni ī diffinitione diuīctiue. mō sic est in ꝓpoito. q̄ ponit (ꝓpie) ꝓpter nomia appellatiua ¶ Quantum dr. q cū dr albū solā q̄litatem significat capit q̄litas vt est vnū de decē p̄dicamētis. h aūt nō capit q̄litas illo modo. sed capitur p illo a q̄ nomē impoītur. sicut humanitas in hoīe. eq̄tas ī equo ⁊ illa q̄litas no est res distincta a suba rei. Et ideo licz nomē significet subam cū q̄litate. Nō tñ sequitur q sit equocū. Quia nō significat subam cū qualitate vt duo. sed vnū aliquid

Nomini quot accidūt sex

Postq̄ auctor supius determinauit de noīe q̄ ad eius eēntialia ponendo diffinitionē eius. Hic ꝓnr determinat quanti ad sua accīntia. Et p̄mo agit de accīntib⁹ nois in gnali ipa enumerando. ⁊ ꝓnr determinat de q̄libet ipoꝝ in spali. Quib⁹ ordinis rō ē. q gnaliora sunt ꝓora ⁊ siliter pus determinanda ⁊ ꝓnr ꝓpria ⁊ spalia ne eiusde rei plēs fiant repetitiones. ⁊ ab hoc anteq̄s sigillatim determinat de vnoquoq̄ accidente nominis p̄mo ponit ea. gnaliter enumerando ea. Et dicit q sex accidunt nomini. licz qualitas comparatio. ⁊c

Sciendū p̄mo

q sufficientia illoꝝ accīntium sic p̄batur. quia omne qđ accidit noī. aut accidit ei grā vocis. aut grā p̄cati. aut grā vtriusq̄. Si p̄mū sic est figura. q dictiones solū habēt ꝓponi ex p̄te vocis ⁊ nō ex p̄te significati. q illa que sor maliter dīstāt inquātū hmōi non pñt ꝓponi. mō p̄catū est forma dictionis igit ⁊c. Si secōm h̄ est dupl̄r. vl illud qđ accidit ex p̄te p̄cati renet se ex p̄te materie ⁊ sic est numerus Nā multitudo pluralitatis fit q materiam ideo in illis (in quib⁹ tota materia nata est informari q forman. que est ꝓphensa in aliquo indiuiduo vnius speciei). nō possūt eē plura suppolita illius speciei Ideo dicit philosoph⁹ in p̄mo celi ⁊ mūdi q si cēt nasus compositus ex omnib⁹ carnib⁹ ⁊ ossib⁹ ex quib⁹ posset fieri nasus. ⁊ esset incorruptibilis. tunc si esset in eo sumitas non cēt nisi vna sumitas ⁊ vnus sumus. nec possent esse plures. ideo repugnātia diuisionis in plura suppolita puenit ex parte materie: Ideo dicit auctor modoꝝ significandi vl eid est sola materia repellit dictionem multiplicari in plura suppolita pticularia. Sed si id quod accidit gratia significati se tenet ex p̄te forme. ¶ Hoc est tripl̄r fm q forma tria facit. ga informat. disponit. ⁊ ordinat. Si informat sic est qualitas. Si dispoit sic est genus. Si ordinat sic est casus. Si autem illud accidit grā vocis et significati simul sic est comparatio que accidit nomini gratia vocis et significati simul.

Sciendū secūdo q a p̄risciano quinq̄ solum assignātur accidētia nominis scz genus spes numerus figura ⁊ casus. Et ista

Cõmentum versoris

quinq; accidẽtia reperiũtur ꝑm diuisionem entis. Nam vna diuisio entis est in causa ⁊ causatuz. ⁊ ꝑm hoc assigtur species nomi inesse. ꝑmitiua quidem coꝛrespondes cause ⁊ deriuatiua causato. Alia est diuisio entis in actiuum ⁊ passiuum. Et ꝑm hãc diuisionem habeꝫ genus. qꝛ gẽ masculinum sumiꝫ a q̃litate actiua. ⁊ genus femininum sumiꝫ a q̃litate passiua. ⁊ neutrum a q̃litate indifferẽter se habẽte ad vtrũq;. Alia ẽ diuisio entis in vnum ⁊ multa. ⁊ ꝑm hoc habeꝫ numerus. qꝛ numerus singularis sumiꝫ ab vnitate. ⁊ pluraꝫ a pluralitate. Alia est diuisio entis in simplex ⁊ compositum. ⁊ ꝑm hoc habeꝫ figura. Alia est diuisio entis in ꝑfectum ⁊ ímpfectum. ⁊ ꝑm hoc habeꝫ casus eo q; ntũs est perfectioꝛ obliquis casib;. obliqui vero sunt ímpfectioꝛes

¶ Sciendũ tercio. q; licet prisianus assignat aliqua accidẽtia nominis q̃ donat; nõ assigt. ⁊ donat; assigt aliqua q̃ tamẽ nõ assigt ꝑscianus. nõ tamẽ est cõtrauersia ínꝫ ipos. qꝛ diuersimode assignauerũt accñtia nõis. ⁊ etiã diuersimode locuti sũt. nã ꝑscianus loquitur ꝑfectis ⁊ sapiẽtibus. Donatus vero pueris ⁊ iuuenibus locutus ẽ. Ad scire deriuationẽ vocabuloꝝ ꝑtinet ad ꝑfectos ⁊ sapientes ⁊ no ad pueros. Ideo ꝑscianus assigt speciem ꝑ accidẽte nominis. nõ tamẽ assignat donatus. qꝛ donatus est ínformatoꝛ iuuenũ ⁊ ínstructoꝛ pueroꝝ. ideo ad maioꝛem informationẽ eoꝝ assignat donatus compatio nem vt ínstruat illos q̃liter debeãt comparare

¶ Sciendũ quarto. q; ꝓna ⁊ declinatio nõ assignant nomini ꝑ accñtibus nec a ꝑsciano nec a donatoꝛ. Cuiꝰ ratio ẽ de ꝓna. nam accñs dꝛ cõpetere oĩ illi cui assigtur ꝑ accñte ꝑm oĩes suas spes ⁊ dñs. Sed ꝓna nõ accidit nomini ꝑm oẽs suas dñas ⁊ spes ꝺa solũ tercia ꝓna accidit nomini ⁊ ñ ꝑma nec ſcda. ideo ꝓna remanet vna ⁊ eadẽ in q̃libꝫ nomine. Dꝛ accntia debẽt variaꝝ ꝑm oĩs suas dñas circa id cui assignãt ínesse. Ideo ꝓna ñ assigtur nomi ꝑ accidẽte. Quare ãt in nomine ñ reperiãtur ꝑme ⁊ ſcde ꝓne. ñ est alia ratio nisi volũtas impositoꝝ. Ideo autoꝛ modoꝝ ꝓcãdi. dicit binas personas huic ꝓti velle negat. Ratio ãt q̃re declinatio ñ assigtur nomini ꝑ accidẽte ẽ ista. qꝛ declinatio sufficiẽt cõphẽdiꝫ sub casu. Nec ẽ sile de declinatione in nomine ⁊ ꝯiugatione in ꝛbo. qꝛ ꝯiugatio in ꝛbo sub nullo accñte pt ꝯphẽdi. ideo assigt ꝑ accñte ꝛbi. Et sic ꝑz in gñali q̃t accidit nomini. ⁊ q̃re tot accidũt ⁊ non plura nec paucioꝛa

¶ Arguit primo sic. soli subẽ accidũt accñtia. sed nomẽ ñ ẽ subã sed accñs. cũ sit gẽ dam fabꝛicatũ a nobis. ergo nulla accidẽtia possunt accidere nomini

¶ Secundo sic. illi (q̃d est perfectum) nihil potest addi. sed nomẽ est perfectum sine accidẽtibus eius. cum constat ex materia et forma: ergo nulla accidunt nomini.

¶ Tercio sic: spẽs assignaꝫ ꝑ accidẽte a prisciano. ergo etꝫ assigni dꝛ ab autoꝛe nro. Aut dꝛ ẽ q; doãt; sit diminut;. aut superflu;

Ratio quare ꝓna et declinatio nõ assignãt nomi

Ratio quare ꝑme et ſcde ꝓne nõ reperiũt in nomi

Ratio quare accidẽtia nõis nõ assignat nomi

a arguit primo

b arguit ſcdo

a arguit 3tio

Super donatum

¶ Quarto sic. compatio nō accidit oībus nominib⁹ ergo non debet assignari p accīte. q2 pp ter⁹ non assignat a psciano

¶ Quinto sic. omnia nomina sunt alicui⁹ psone sicut casus t figura. g psona debz assignari p accīte nomin⁹ sicut casus t figura dicitur. q subē vl alicui habenti modū sub

Ad primū stantie accidūt accītia. ideo dr q licet nomē nō sit suba ppie capiendo subam vt est ens p se. tamē habet modū substantie. inquātum componitur ex aliquibus habētibus modum materie t forme

¶ Ad scōm dicitur licet nomē sine accītib⁹ sit pfectum q ad eē t pmaria pfectione. nō tñ est pfectū quo ad bñ esse t pfectione finis. cū finis nominis sit venire ad constructionē congruam vl incōgruam. ad quē finem nō potest venire sine accidētib⁹ suis

¶ Ad tertiū dicit negando cōsequētiā q2 vt dcm est priscianus loquebatur pfectis t sapiētib⁹. q̄bus ptinet scire derivatōes vocabulo⁹. Donatus vero loqueb atur pueris quibus non expedit scire huiusmodi derivationes vocabulorum

¶ Ad quartū dr q licet cōpatio non accidat oīmi nomī immo solū q̄busdā adiectiuis. ppt qd pscian⁹ ipam nō assignat p accīte nois. donat⁹ tñ volēs istruere iuuenes ad ppādū assignauit eā p accīte.

¶ Ad quintū dr negādo ptiam. q2 noia solū reptūtur in tercia psona t nō in pma nec in scda ēxtū ad impōez q2 bñ repitur vocatiu⁹ scde psone vt dcm est Sz qd assignatur alicui p accīte dz ei ppetere pm oēs suas spēs. q̄ ppt donat⁹ recusauit eā ponere p accīte nois

¶ Sciendū secūdo. q2 autor cōueniētius dicit qualitas nominū q. quo est. q̄ q̄litates nominū q̄t sunt vl accidūt. Cui⁹ rō ē q2 qualitas in noīe est qdā habitudo vl forma accītal t non essential. q2 aduenit nomini post ei⁹ eē ppletū Sed de ratione foīe accītal est eē in subiecto. Jdo dr autor q̄litas nominū in q̄ ē t non q̄litates nominū q̄t sunt. Item forma cētial t forma accītalis intra se dñt. q2 forma subal dat eē subale rei t ē d ratione int⁹nseca ei⁹ t pstitutione ei⁹. sic alia ratiōnal in hoīe Sz foīa accītal dat solū eē accītle t p̄supoit eē ppletū rei

¶ Sciendū tercio. q2 nomē proprium t nomē appellatiū diuersimode psidrāt a grāmatico t logico. q2 psiderāt a grāmatico vt mōi fndi accīales. Et tō (vt dcm ē) q̄litas q̄ didit⁹ ppā t appellatiaz ē qdā mod⁹ fcādi Sz no⁹ ppium t appellatiū psiderāt a logico. p qnto subiciūt t pnt singlarit vl practicarit vl vtr. t vt sūt subic⁹ vl p̄dicā⁹ ppōis vl⁹ practicaris indifinite vl singlaris Et pt etiā no⁹ appellatiū psiderari a logico icīztū ē p̄dicabile vt gē⁹ vl vt spēs vl vt drā vl vt ppriū vl vt accīs. Et lz q̄litas nō sit pn⁹ pstructōis. sz sit i mō pstructi mod⁹ significādi absolut⁹. tñ ex noīe ppo t appellatiuo pt pstitui pfcā oō t congrua. t illo mō psiderat a grāmatico. Nō cīm oīa accītia considerat grāmatic⁹ q̄ sunt pncipia cōstructōis. sed solū accītia respectiua

ad primū

ad scōm

ad tertiū

ad quartū

ad quintū

Quid forma { accītal / essencial

Cõmentũ porphyrij.

¶ Sciendũ quarto. q̃ illa noĩa sol fenix luna sunt noĩa appellatiua ꝛ nõ ꝓpria. ꝛ licꝫ no sunt actu multiplicata in plã suppositã sunt tñ multiplicabilia in ꝓna. Nec repugnat ipis ex pte forme mltiplicari in plã suppositã. sꝫ solũ ex pte matie. q̃ tota matia solis est in ipso sole ꝛ tota in actu. Et licet vn⁹ sit fenix in actu. sunt tñ plures successiue. nam est auis q̃dã que est sola in sua spẽ ꝑm actũ. que quando venit ad senecturen congregat cõbustibilia ꝛ quosdã lapides ꝓciosos. ꝛ ponit in nidum suum. ꝛ ex ꝓcussione alaꝝ suaꝝ nascitur ignis. a quo igne comburitur ipse fenix. ꝛ exꝑuluere nascĩ alius fenix. qui similiter facit dũ ad senecturẽ venit. ꝛ sic sunt plures fenices successiue. Et sic ꝑꝫ de q̃litate q̃ modo diuidatur. ꝛ q̃d sit vnaq̃q̃ tã ꝓpria q̃ appellatiua.

Qualitas nõim in quo est

Postq̃ autor supi⁹ determiauit de accñtib⁹ noĩs in gñali cõsequẽter determiat de vnoq̃q̃ in spẽali. Et ꝓmo determiat de q̃litate dicẽs. Qualitas noĩm in q̃ ẽ. ꝛ rñdet biꝑtita ẽ. id ẽ diuisa ẽ in duo mẽbra scꝫ in q̃litatẽ ꝓpriã ꝛ appellatiuã. Cui⁹ cãm assignat autor q̃ vl nomẽ ẽ vni⁹ id ẽ vni soli ꝓuenit ꝓ institutõem ꝛ sic ẽ no⁹ ꝓprie q̃lit[illegible]. tale nomen est multoꝝ. id ẽ ꝓuenit pl'ib⁹ ꝑ appellatõem. ꝛ sic tale no⁹ est appellatiũ et sibi ꝓuenit q̃litas appellatiua. q̃ ibi mltra in vnũ pellũt. ꝛ iõ oĩe nomẽ cõe ꝑ q̃ndã sil'itudiem dicitur appellatiuũ

Sciendũ ꝓmo

q̃ q̃litas noĩs ꝑt dupl'r ꝓsiderari. vno⁰ i se ꝛ absolute vt abstrahit a ꝓpria ꝛ appellatiua q̃litate. ꝛ sic q̃litas ẽ eẽntial' noĩ. Et ꝑm h̃ dr q̃ oẽ no⁹ ꝑt sbam cũ q̃litate. Alio⁰ ꝑt ꝓsiderari q̃litas vt ẽ ꝓtracta ad ꝓpriã ꝛ appellatiuã. ꝛ sic q̃litas ẽ accñtal' noĩ. Nõ em̃ est inconueniẽs illd̃ qd̃ in se ẽ eẽntiale alicui ꝓꝫ q̃ est ꝓtractũ ꝑ drias accñtales ꝛ extrinsecas eẽ sibi accñtale. Vñ illa q̃litas accñtal' ꝑt sic diffiniri. Qualitas ẽ q̃dã mod⁹ ꝓcãdi accñtal' drus nomini ad designandũ rẽ suã in plã suppositã mltiplicabile vl n mltiplicabilẽ. Vñ ꝑ ꝑmã ꝑte intelligit q̃litas appellatiua. Per scdaz ꝓ q̃litas ꝓꝑa. s. ꝑ h̃ q̃ dr ñ mltiplicabilẽ: Et h̃ ꝑt satis patere q̃ omis q̃litas nominis vl ẽ ꝓꝑa vl ẽ appellatiua. q̃ si ꝑt rẽ suã in plura suppositã mltiplicabilẽ. sic ẽ appellatiua q̃litas. Si ãt non ꝑt rẽ mltiplicabilem seu ꝓmunicabilẽ ꝛ sic est ꝓꝑa q̃litas. Et sic ꝑꝫ q̃ q̃litas in nomine nihil alid̃ ẽ q̃ q̃dã habitudo vl aptitudo nominis ad ꝓcãdũ rẽ suã discrete vl ꝓmunit. discrete vt roma. ꝓmunit vt homo lapis. Et dicit qualitas a quali eo q̃ per qualitatem cognoscimus quale sit nomen. an propriuz an appellatiuum

Aꝝ ꝓmo

sic Nulla forma simplex diuiditur. q̃ illd̃ qd̃ est simpl'r nõ habet ꝑtes. Sed q̃litas est forma simplex. g̃ nõ potest diuidi. ꝛ ꝑ consequẽs male dr q̃ q̃litas sit biꝑtita ¶ Dom̃ q̃licꝫ non habet ꝑtes integrales habet tamen partes subiectiuas

Super donatū

¶ Secundo sic: Oīe qđ ē ideo ē qz vnū nūero ē: ergo oīe nomē significat vnū nūero. Ꝟt oē noⁿ ꝑns vnū i nūero ē ꝓpū z ñ appellatiū. ḡ oē nomē ē ꝑpriū. z p ꝯsequēs nullū est appellatiū

¶ Tercio sic. Hec vox petrus pōt conuenire pluribus cum plures vocentur hoc nomine petrus. z tamē est ꝑpriū nomen. ergo male dicitur q nomen ꝑpriū est nomen vnius rei

¶ Quarto sic. Si omne nomē qđ est vniꝰ tm̄ est ꝑpriū sequet̄ q oīe nomē singularis nūeri eet ꝑpriū. ꝓns ē falsū. qz hō nō est ꝑpriū noⁿ. z tm̄ est singularis nūeri. Ꝟz ꝓna qz noⁿ singularis nūeri ē tm̄ vniꝰ. z p hō dīt a noīe plīs nūeri quod nō est vnius tātū sed plurium

¶ Quīto sic. Hoc nomē athene naz ē nomē ꝓpriū z tm̄ nō ē noⁿ vniꝰ ꝟz pluriū. cū sit plīs nūeri. ḡ ñ oē noⁿ ꝓpū ꝯueit vni soli

Ad primū

dicit. q nulla forma simplex diuidit in ꝓtes integrales z q̄titatiuas. tm̄ bñ diuidit in ꝓtes subiectiuas. sicut genus in suas species. Ꝟt hō mō diuidit hanc q̄litas in ꝑpriā z appellatiuā sicut genus in suas spēs

¶ Ad scm̄ dicit. q oīe qđ est in vltimo actu nature iō est qz vnū nūero est z singulare singularitate materie siue indiuidualē. Sed nō oportet q illud qđ est in suo ee formali quātū ad ee ēntiale q illud sit vnū nūero nūerositate matie. Sed bñ vnuz nūero nūerositate essentie. z ideo q̄dam sunt nomina ꝑpria. quedam appellatiua

¶ Ad tercium dz. q licet petrus pluribꝰ cōueniat equiuoce. non tm̄ pōt plibꝰ ꝯuenire vniuoce. qz iste iohēs z aliꝰ iohēs habēt vnā rōem cōem in q̄ cōueniūt scz in hanc noīe hō: nō tm̄ in hanc noīe iohānes qz iohēs nō significat plures res sub vna ímpositione vocis.

¶ Ad q̄rtuz dz. q nomē ꝓpriū z nomē singularis numeri diuersimode dicunt nomē vniꝰ. qz nomē ꝑpriū cōueit vni. sic q nō pōt ꝯuenire plibꝰ. Neq; fm actū neq; fm aptitudinē. Ꝟt ꝟz nomen singularis numeri conueniat vni soli fm actum. tamen fm potentiam z aptitudinem potest conuenire pluribus

¶ Ad quītū dicit. q hoc nomē athene az pōt duplicit ꝯsiderari. Uno modo vt ē noⁿ vniꝰ ville vl ciuitatis z sic ē ꝑprie q̄litatis. qz vni soli ꝯueit. i. citati. Alio modo cōsideraf vt in sua ꝓpositione icludit multitudiez getiū i illa citate habitātiū. z tuc plibꝰ cōueit z sic ē appellatiue q̄litatis

Gradus ꝯparatōis quot

Postq̄ auctor determinauit de q̄litate noīs. hanc cōsequenter determinat de cōparatione. Cuius ordinis ratio ē. qz q̄litas conueit oīni noī. qz oīe noⁿ est alicuius q̄litatis. cōparatio aut no conueit oīni noī vt infert dicēs. ideo q̄litas gnaliter z per se est cōparatione. Ꝟt ꝑmo ondit auctor qt sunt gradꝰ cōparatōis. Scdo ondit q noīa recipiāt cōparationē. Tercio ostendit na/

Secundo sic

Tercio sic

Quarto sic

Quinto sic

ad primum dicit

ad secundum

ad tercium

ad quartum

ad quintum

Primo

Alio

Cõmentum versoris

turam compatiui. ꝛ cui casui seruiat: In ꝓma ꝑte dicit ꝙ tres sunt gradus cõparationis. scz positiu⁹ vt doct⁹ ꝛ sic de alijs. Cui⁹ diuisionis ratio est. ꝙ oñis gradus cõparationis. aut significat rem suã absolute. aut respectiue. Si ꝓmu. sic est positiuus. Si secundum hoc est duplicat. Aut significat rem suaz citra terminum. sic est compatiuus. Aut significat rem suã in termino. ꝛ sic est suplatiuus. Et ex hꝫ elicuntur diffinitones ꝓpoz graduum. Un hic ꝓportionabiliter siue similitudinarie agit de gradu ad similitudinẽ graduũ in rebus naturalib⁹. Nã sicut in naturalib⁹ ꝑ gradũ fit ascẽsus ꝛ descẽsus. ita ꝑ gradus compationis fit descensus ꝛ ascensus de positiuo in suplatiuuz ꝛ ecõtra. vt paruus minoz minimus. Magnus maioz maximus

Sciẽdum primo. ꝙ (vt dicit autor) solũ nomina appellatiua recipiũt cõparationẽ ꝛ phꝫ excludũtur nomina ꝓpria. Et licz inueniat salomonio: clemẽtioz. ibi tñ non est ꝓpria compatio. sed abusiua. Et adhuc talia nomina nõ recipiũt cõparationem inquãtũ ꝓpria. sed vt accipiũtur ꝑ appellatiuis. vt puta salomon ꝑ sapiẽte. vt sit ꝓsus salomonioz. id est sapiẽtioz. Et adhuc non oñia nomina appellatiua recipiũt compatiõem Sed solum nomina adiectiua q̃litatem aut q̃ntitatem significãtia. q̃ ꝓpz ietas potest augeri vl minui. Et istoz adiectiuoz qualitatem vel q̃ntitatem significãtium aliq recipiũt cõparationẽ regularem. aliq irregularem. Regularis aũt cõpatio est qñ compatiuus est descendens a suo positiuo ꝑm rectã formatoez. ꝛ supat suũ positiu⁹ in vna syllaba. ꝛ idez ꝓcat cũ suo positiuo ꝛ cũ hoc aduerbio magis. Similiter suplatiu⁹ dz supare compatiu⁹ in vna syllaba. ꝛ idem ꝓcat cum suo positiuo ꝛ cum hꝫ aduerbio valde vl maxime. vt doctissim⁹ id ẽ valde vl maxime doct⁹. Irregularis aũt cõpatio est ꝓria regulari. Et fit trib⁹ modis scz additione. subtractoe. mutatione. Additione vt magnificus magnificẽtioz magnificentissimus. Subtractione vt iuuenis iunioz. Mutatione. vt bonus melioz optimus. Et illa mutatio qñq; se tenet ex ꝑte vocis vt malus peioz pessimus. Qñq; ex ꝑte ꝓcatois. vt nouus nouioz nouissimus. Cũ nouissimus idem est ꝙ vltimus. Nouus aut idem est qđ recens. ꝛ sic mutat ꝓcatio positiui. Sic etia patet ꝙ trib⁹ modis fit comparatio regularis scz voce ꝛ ꝓcatione simul. vt doct⁹ doctioz doctissimus. qdam aut voce ꝛ nõ ꝓcatione. vt nouus. ioz. issim⁹. qdã ꝓcatione tm ꝛ no voce. vt malus peioz pessimus. Et hoc patet ꝑ hos ꝓsus Sẽsu vl voce collatio fit. vl vtroq; Note nõiu⁹. ꝓsuq; bon⁹. fit doct⁹ vt⁹ ꝙ

Sciendũ secũdo. ꝙ autoz dicit cõpatiuus grad⁹ hz cõstrui cum ablatiuo vtriusq; numeri ꝛ hoc sine ꝓpõne media vt cũ dicimus doctioz illo vel illis. Et causa illius potest esse illa. quia sicut cõparatiuus ꝓcat rem suam vt in fieri. ita etiã ablatiuus. Et nõ facit hic autoz mentionem de constructione positiui sicut de constructione aliorum graduũ. quia positiu⁹ non habet constructõem determinatã cum aliquo casu. Nã qñq; cõstruitur cũ genitio. vt plen⁹ vini. qñq; cũ da-

Super donatum

tiuo. vt ℔milis illi. quãdoq; cũ accusatiuo vt albus pedem. quandoq; cum ablatiuo vt festinus cursu. Et hoc est ideo. quia positiuus nõ habet determinatã naturam sicut alij gradus. ideo autor nõ facit mẽtionem de constructione eius. Illa causa potest assignari q; cõparatiuus cõstrui possit cum ablatiuo. quia cõparatiu⁹ ꝓcat rem suam vt est in motu. quiã oẽ id(quod est extra suũ terminuz) sp est in motu quousq; attingit suũ terminũ. cõpatiuus aũt circa terminũ seu extra terminum ꝓcat rem suam. Sed ablatiuus dicit terminũ motus. ideo vt similia similib⁹ gaudeant. potius construit cum ablatiuo casu q̃ cum alio casu. Et potest cõpatiuus cum pluribus ablatiuis cõstrui diuersis tam respectibus. vt cũ dr sortes est longior platone dimidio pede. ille cõpatiuus longior cõstruit cũ ill' ablatiuis diuersimode. Nã cũ ꝓmo cõstruitur ex vi cõpatiui. z cũ alijs cõstruit ex vi excessus quãtitatis

¶ Sciendũ tercio. q; cõparatiuus nõ solũ cõstruit cum ablatiuo vtriusq; numeri. Sed etiã q̃q; cũ nominatiuo mediãte hac coniunctione q̃. vt sortes est fortior q̃ plato. Et nõ solum construitur cum nominatiuo sed etiã cũ alijs casib⁹ mediãte eadem coniũctione. Exemplũ quãdo construit cum genitiuo mediãte hac coniũctione q̃ vt miserior petri fortioris q̃ platonis. Exemplum vbi construitur cũ datiuo. vt sum similis iohãni fortiori q̃ platoni. Exemplũ vbi construitur cũ accusatiuo. vt video iohãnem fortiorem q̃ platonem. Exemplum vbi construit cũ vocatiuo. vt o petre fortior es q̃ plato. Exẽplus vbi construit cũ ablatiuo. vt fui cũ petro fortiore q̃ platone. Verũtamen in istis omnibus exemplis potest poni nominatiuus post illã cõiũctionẽ q̃. intelligẽdo h̃ ꝑ⁹ sit. vt miserior petri debilior; q̃ sit iobes ⁊c

¶ Sciendũ quarto. q; suplatiuus tm̃ cõstruit cum gtõ pl'a ꝓcãte vt doctissim⁹ poetaz vl doctissim⁹ viroz. Cui⁹ cã ẽ. q; suplatiu⁹ ꝓt rẽ suã vt ẽ in tmino. illd aũt qd ẽ in tmino ẽ in dcte. sz gtus ẽ huiusmodi. cũ dicat ꝑn⁹ sbe. ideo potꝰ ꝓstruitur cũ genitiuo q̃ cũ ablatiuo vl cũ alio casu. Sz q; ꝓstruatur cũ genitiuo pl'a ꝓcãte pz q; suplatiuus sp tenetur ptitiue. sz in omi ꝓstructione ptitiua dz poni ps ⁊ suum totũ. ⁊ ponitur ps in singl'ari ⁊ to⁹ in pl'i. vt ddo soꝛs ẽ doctissim⁹ hominũ. Nã totũ denotat pl'itatẽ. cũ ꝓtineat in se pl'es pres ideo suplatiuus ꝓstruitur cũ gtõ pl'i. vl' saltẽ cũ gẽitio singl'ari pl'a ꝓcãte vt puta cũ gtõ singl'aris nũeri nois collecti. Nã collectiũ no⁹ sb singl'aritate pl'alitatẽ iptat. vt gẽs ꝑpl's plebs turba exercit⁹ Et in ꝓstructõe suplatiui gdus res excedẽs ⁊ res excessa dñt ptcipare eãdẽ naturã vt petrus ẽ doctissim⁹ hoim. sz nõ in cõstructõe cõpatiui. Et sic patet q̃t sunt gradus cõpationis. ⁊ que sit natura superlatiui ⁊ comparatiui

Cõtra predicta arguit̃ primo sic. Oĩs bona diuisio dz esse bimẽbris. sed ista nõ ẽ hmõi. cũ sit trimẽbris. g̃ ista diuisio non ẽ bona. ¶ Secũdo sic. omia noia significant

q; positiuus dd a gono/ro/ esse/ q; tamb fundamẽtũ alborũ gra dus

q; comparatiu⁹ dd a cõ pte cõparatiõ/ nate/ q; ꝑ cũ cõparatiuo

q; Suplatiu⁹ dd ꝑte ra supero/ as sare/ q; ꝑ supulũ in pterito ⁊ es suplatũ in supo inde suplatiu

Nota quod suplatiu⁹ potꝰ aliquãdo cõstrui cũ gto

primo

Solo

Comentū versoris

q̄litatē aut quātitatē. q; significare substātiā cū q̄litate ē. ꝑpū ꝯois. sed noīa f̄cātia q̄litatē f̄cipiūt ꝯpationē. vt dcm ē. g̃ oīa noīa siue ꝓpa siue appellatiua recipiūt ꝯpationē ¶ Ter⁹ sic. nll⁹ abltūs ē vtriusq; nūeri. g̃ cōparatiu⁹ nō ꝟstruit cū abltio vtriusq; nūeri. q; illō qđ nō ē cū nllo ꝑt construi ¶ Quarto sic. ꝯparatiu⁹ g̃d⁹ cōstruit cū gtō vt dicēdo maior hoz charitas. g̃ ꝯparatiu⁹ ñ solū ꝟstruit cū abltio ¶ Quinto sic. suplatiuus aliq̄n construit cū gtō singl'ari. vt dicendo doctissim⁹ eleri. g̃ male dicit q; suplatiuus solum construitur cum genitiuo plurali

Ad argumenta inopposi.

¶ Ad p̄m dr q; oīs bona dīsio dz eē būmēbris aut saltē reducibil' ad būmē brē. Nō lz ista non sit bumēbris. est tñ reducibil' ad bumenbrem. vt sic oīs g̃d⁹ ꝯparatiuus aut f̄t rē suā absolute aut respectiē ¶ Ad scōz dr q; cū dr. a. noīa f̄cātia q̄litatē recipiūt ꝯpationē ibi nō capit q̄litas ꝓ illo a q̄ no⁹ īponit. f̄z quē modū oē no⁹ f̄t sbaz cū q̄litate sz ꝑt ꝯuenit noī vt est q̄dā foza intēsibil' vl' remissibil' f̄z quā q̄les eē dicimur. sicut albꝰ nigꝰ f̄nt q̄litatē ¶ Ad 3m dr. Liez null⁹ abltūs sit vtusq; nūeri idē ī numero. tñ abltūs idiffinite siue cōit in spē sumpt⁹ bñ ē vtusq; nūeri. sic q; vn⁹ ē singularis nūeri. alter ꝯo plis nūeri. Nō q̄ñ auto: dr ablatiuo vtusq; nūeri. ñ intelligit q; abltūs aliq̄s sit singl'aris z plis nūeri sil. sz diuisim. sic q; vn⁹ sit singularis nūeri. alt ꝯo plis nūeri. Vl' ꝑt negari ꝯña. q; arguit a suppōne psonali ad simplicē. Nā cū dr null⁹ abltūs est zc. ibi abltūs supponit psonal'r. Sed cū dr in ꝯnte g̃ ꝯparatiu⁹ non regit abltm. ibi abltm supponit simpl'r. ¶ Ad q̄rtū dr q; q̄ñ ꝯparatiu⁹ ꝟstruit cum genitiuo. tūc non tenet compatiue in sua ꝓpria natura. sed tenetur ptitiue z in natura suplatiui. Modo ibi loquitur auto: de compatiuo compatiue tento ¶ Ad q̄ntū dr q; suplatiu⁹ sp construit cum genitiuo plis nūeri: nisi in nominib⁹ collectiuis. Et lz q̄ñq; construat cū eis et ñ cū genitiuo plis nūeri f̄m modū construendi. tamē construit cū genitiuo plurali scōm rem. quia nomē collectiuū in singulari numero f̄m rem importat pluralitatem. sicut z pluralis numerus. ergo zc

Genera nōim quot sunt.

Postq̄ auto: determinauit de compatione nominū. h̄ ꝯñr determinat de gñe nominū/ Cui⁹ ordinis ratio ē. q; compatio tenz se ex pte vocis genus aūt ex pte significati. Nā genus orit a ꝓprietate rei. Et vox pcedit rē sicut signū suū signatū. ido ꝓus agēdū fuit de compatione cōz de gñe. Et ido ꝓmo dr. a. q; q̄ttuo: sunt gña nominū. s. masculinū femininū neutrū. z coē. Et postea sbiūgit duo gña. s. oē. qđ ē triū gñm q; componit ex masculino femininо z neutro. sicut h̄ hec z h̄ Et epicenū. z dr epicenū. q; h̄ vno articlo complēdit vtrūq; sexū. s. masculinū z mulierē. Et gen⁹ epicenū vocatur ꝑmiscuū a ꝑbo ꝑmisceo. ꝑmisces. q; h̄ ambo sexus miscentur z importātur per vnum nomen.

Super donatū

Sciendū primo q; in isto passu autor nō facit mentionē de dubio genere. q; genus quantum est de se nunq; est dubium. sed p tanto dr dubiū. q; doctores dubitaue; runt sub quo genere ponant illa noīa q; dicūt dubij gener;. vt dies finis clunis. Et p hoc bene apparet q; illa noīa que in singulari numero sunt dubij generis. in numero pl'i sunt g; masculini. Ex quo patet q; masculinum quantum est de se non est dubiū ideo a. hic non facit mentionez de dubio genere. quia tñ de eo postea facit mentiōem qñ docet declinare hoc nomē dies fm quintam declinatōnem Ideo ex dictis autoris in ista pte z in alijs potest cōcludi q; septem sunt genera in noīe. scz masculinū. femininū. neutrū. cōe. omne. epicenū. z dubiū. Quor; sufficientia sic habet. Omne gen; aut est simplex aut ꝓpositū Si simplex hoc est dupliciter Aut est certū aut incertū Si certū hoc est tripliciter. vel oritur a ꝓprietate actiua. z sic est masculinū genus. aut a ꝓprietate passiua et sic est femininū genus Aut a ꝓprietate indifferenter se hñte ad vtrū; q;. z sic est neutrū. Si sit incertū hoc est dupliciter. aut hz plus de incertitudine in re q; in voce. aut est equaliter incertū ex parte vocis z ex pte significati. Si ꝑmum sic est epicenū quod sub vno articulo rem vtriusq; sexus importat. Si scōm sic est dubium. Si aūt genus est compositum. hoc est dupliciter. aut componit ex triby generibus. z sic est omne aut ex duobus. z sic est ꝓmune quod ponit ex duobus coniunctim vel etiam dubium quod ꝓponitur ex duobus diuisim

Sciendum scdo. q; inter cōe z epicenum genus potest assignari triplex differentia. Prima est hec. q; cōe gen; recipit duos articulos. Epicenū vero vnū tm. z tm opatur sub vno articulo quantū cōe sub duob; Et dicitur ab epi quod est supra z zenō cōe quasi supra cōe. Secunda differentia est. q; cōe consistit in magnis animalibus. s. in hōmine boue leone z sic de alijs. Epicenum vero in paruis animalibus. vt piscibus aut hus. Tercia differentia. quia genus cōmune potest visu discerni. epicenum vero non. Alia potest esse differentia. q; si aliqua determinatio siue adiectiū addit nomini epicheno. Non potest ipm restringere p; masculino tm vel femino tm. immo indifferēter se hz ad vtrū q;. Sic aūt nō ē de cōi. q; determinatio sibi addita facit ipsum stare ꝑ masculino tm vel femino tm. Nam cū dr sacerdos magnus. ibi sacerdos stat p; masculino tm. Et qñ dr sacerdos magna. ibi stat p; femino tm. Similiter etiā dr de dubio. q; cōe recipit duos articulos mediante ꝯiunctiōe copulatiua. vt hic z hec sacerdos ideo dicit commune a con. i. simul z vnio onis. q; vnit in se duo genera Sed dubium genus recipit propositionem duorum articulorum mediante coniunctione disiunctiua.. vt hic aut hec dies. ita q; dubium sit quis articulorum debeat preponi huic dictioni

Sciendum tertio. q; genus potest notificari sex modis Primo per terminationē. sicut noīa terminata in vs sunt masculini generis. licet non semper Scdo p articulū. vt p hic notificat masculinū

q; primo quare auctor non fecit mentionē de dubio genere

Sufficiencia

Genera mte ꝓmune et epicenum genus { Prima, Secda, 3a

Primo, Secdo

Cõmentum versoris

per hec femininũ. z p hoc neutrum ¶ Tercio potest notificari per regulas quas Priscianus ponit. siue Donatus. vel alij maiores aurores. vt cor rex ¶ Quarto per relationem. sicut hõ currit qui mouet. ibi per hoc relatiuum qui notificat q homo capit p masculino Sed cũ dicit homo currit que mouet. ibi notificat q hõ capitur p femínino genere ¶ Quinto notificatur per sexus. Nam illa que hñt sexum virilem. sunt generis masculini. z que hñt sexum femineũ sunt generis femínini ¶ Sexto notificatur p adiectiũ. vt cũ dicitur magnus bos. bos est generis masculini. cũ aut dicitur magna bos. bos est generis femínini Et istis sex modis notificatur genus. qui in his ꝓsibus patent. Terminus articulus casus. relatio. sexus. Adiectiuum. solent notificare genus.

Sciendum quarto. q videatur ordo illorum generum masculinũ precedit feim. qz masculinũ sumitur a ꝓprietate actiua. feim aũt a ꝓprietate passiua Modo agens prius z prestantius est suo passo vt dicitur tercio de aia. Similiter masculinũ z feim precedũt neutruz quia sumit a qualitate indifferenter se habente ad actiuã z passiuam. et sic presupponit ea Similiter neutrũ precedit cõe. qz vnũ precedit plura. sicut dicit in predicamentis Etiam cõe precedit omne. qz de quanto aliquid est simplicius tanto est prius. modo cõe simplicius est omni. Sed epichenum z dubium in vltimo loco ponunt. cũ sint genera incerta z confusa Et sic patet quod sunt genera nominũ. z que sint ¶ Ñ genus in ꝓposito est q̃dam modus significãdi datus parti orationis ad deligendũ re sua sub qlitate actiua vel passiua indifferẽter se hñte ad vtrũq

Contra predicta arguit

¶ primo sic. Quecũq respectu vnius z eiusdẽ sunt eadẽ. illa inter se sunt eadem Sed masculinũ z femininũ z neutrũ sunt eadem respectu vnius et eiusdem rei. vt lapis est masculini generis. petra femínini generis. saxum neutri generis. z tñ ista no ia eandem rem significant. ergo masculinum feim z neutrũ non sunt genera distincta ¶ Secdo sic. masculinũ feim z neutrũ sunt genera opposita. sed ex oppositis non potest aliquid ꝓstitui. ergo ex istis tribus non potest ꝓstitui omne genus ¶ Tercio sic nullum nomẽ importat vtrũq sexum sub vno articulo. cum isti sexus sint distincti. g̃ male dicit q epichenũ genus sub vno articulo importet vtrũq sexum ¶ Quarto sic animal importat vtrũq sexũ sub vno articulo. z tñ non est epicheni generis. ergo illud genus nõ est epichenũ qđ sub vno articulo comprehendit vtrũq sexum ¶ Quinto sic. sicut est in natura sic debet esse in arte. quia ars imitatur naturam secdo philosophorum. sed in natura non sunt nisi duo genera. scz masculinum z feim. ergo erunt etiam in arte nisi duo genera

Ad argumẽta in oppositũ

Super donatū

¶ Ad primum dicitur. q illa que sunt eadem vni tercio fm rem et rationem simul sunt eadem inter se Modo licet illa noīa idem significent fm rem. non tamen fm rationem. quia imponuntur a diuersis rationibus siue ꝓprietatibus in illa re repertis Nam in lapide reperitur vna proprietas actiua que est ledere pedem. z sub hac imponitur in masculino genere. repitur et iam in illa re alia proprietas passiua. s. pede trita et sub hac imponitur in femínino genere Ideo cū oriatur genus a proprietate rei. z ille ꝓprietates sunt diuerse. ob hoc illa genera erunt diuersa. ¶ Ad secundū dicitur. q licet illa genera sint opposita formaliter et quantum ad suas rōnes formales. non tamen materialiter Et ideo equiuoce possunt reperiri in aliqua re fm diuersas ꝓprietates. fm quas illa res potest attribui masculino femínino z neutro generibus. sicut felix potest conformari in genere cum masculino femínino z neutro

Sciendum primo. ꝙ interiectio describit ab autore sic (Est ps orõnis affectũ mentẽ significãs voce incognita) vbi pars orõis ponitur loco generis ꝛ totum residuum loco differentiarũ aliarũ ptium orationis. que oẽs significant mentis ꝯceptũ. significant em̃ significata sua voce cognita ꝛ perfecta. ꝛ non sicut interiectio. que significet voce incognita patet. qꝛ interiectio est circa voces nũ deliberatas Anim⁹ em̃ circa tales voces nõ deliberat. ꝛ ideo talis vox indeliberate ꝛ incomplete formatur Q; aũt ratio circa tales voces non deliberet patet. quia cũ aliqua passio vehemens afficit aiam. tũc aĩma subito prorumpit in voces interiectionales. ꝛ pre nimia passione (q̃ sic affecta est) non põt circa tales voces deliberare. Nam ille passiones aduenientes anime perturbant ꝛ afficiũt ipsam. sic ꝙ nõ potest litteraliter ꝛ debite illud quod intendit pficere. ideo ꝓfert verba corrupta. Vnde si quis videat aliquẽ impetuose currentem. tũc ex illa visione si hz metũ. ꝙ nõ põt debite ꝛ determinate illud ꝓferre. sed subito dat voces huius partis orõnis. ach sca. Vel aliqõ ꝯsimile. ideo ỏt autor modoꝛ significãdi ꝙ mot⁹ subit⁹ nõ est rõis amic⁹. i. nõ est ipositꝰ a rõe. nec pt haberi fm rõez determinatã

¶ Sciendum secundo. ꝙ interiectiones non possunt cõponi cũ aliqua parte orõnis Nam (vt dicit prisscianus) nomẽ hz ꝯponi cũ omni pte orõnis p̃ter q̃ cũ interiectione. cũ ptcipio vt edificans. cũ verbo vt armiger. cũ ꝓnoĩe vt hmõi. cũ ꝯiũctione vt vtroq̃. cũ ꝓpositione vt impie. cũ aduerbio vt satisfacio. cũ interiectione vero nõ põt nomẽ ꝯponi. vt ostendit. qõ tũ faceret si possibilis esset ꝯpositio nominis cũ interiectione Nã ipse manifestat ꝯpositionez nois diuersimode fieri. ideo hic proch dolor nõ est ꝓpie dictio sed orõ. cũ interiectio nõ inueniat ꝯposite figure. vt dictũ est Et hoc satꝭ ptz ꝑ hos ꝓsus Iohãnis de garlandia Proch dolor ꝯceptũ diuersum reddere dz Interiectiua vox nõ ꝯponit vlla Nec est nugatio dicẽdo proch dolor. qꝛ licet interiectio significet dolorẽ. hoc tũ est diuersimode. qꝛ ꝑ hanc dictionẽ proch. significat dolor ꝑ modũ affectus. Sed ꝑ hanc dictionẽ (dolor) ꝑ modũ ꝯceptus. ꝛ ideo diuersimode ꝓcat dolor hic ꝛ ibi. Vñ quedã interiectiones exigunt ntm̃. vt proch dolor. q̃dã dtm̃ vt ve malis. q̃dã accm̃ vt heu me miserũ Et hui⁹ diuersitatis rõ est. qꝛ quedã interiectões significant affectũ absolute. ꝛ iste exigũt ntm̃. qui est casus absolutus sicut proch ille ntũs dolor significat idẽ qõ proch Sed proch significat sub rõne affectus Dolor ꝯo sub rõne ꝯceptus Alie st; interiectiones signi

Cõmentum versoris

ficantes affectum in ordine ad aliud. z iste regunt obliquos

¶ Sciendum tercio. q̃ illa dictio o qñcz est interiectio. qñcz aduerbiũ. z ita hz duplicẽ significatõem. scz interiectionalez z aduerbialem. qñcz est aduerbiũ optandi. vt o vtinã vestra gens. qñcz est aduerbiũz vocandi. vt o petre. qñcz est interiectio dolentis. vt o dolor ineffabilis. qñcz est interiectio admirãtis. vt o ecce magnũ mõstrum. et potest ostendi per hos versus O dolet clamat stupet indignatur et optat. Dum vocat optat tũc aduerbia signat Indignatur stupet z dolet interiectio fiet Ut sic patet q̃ qñcz est littera z qñcz dictio. z quandoqz syllaba. z hoc differenter Nam o littera differt ab o syllaba. sicut formabile a formato. q̃ put est littera est vox simplex ordinabilis ad significandum cum alia. put vero est dictio habet naturam vocis ordinate ad significandum in se z in alio.

¶ Sciendũ quarto. q̃ (vt dicit autor) tm̃ vnuz accidit interiectioni. s. significatio. z ibi significatio non capitur p̃ significatione generali essentiali. que est significare per modum afficientis mentẽ absolute z non ꝓtracte. sed capitur ibi significatio in speciali. sub ꝓtractione eius in rõne doloris tristicie timoris gaudij vel admirationis et illa dicitur significatio accidentalis. z ꝓpter hoc dicit autor q̃ quatuor sunt significationes interiectionis. scz doloris tristicie gaudij z admirationis. Cuius ratio est. q̃ quedam sunt interiectiones que significant leticiam mentis. sicut euax. quod idem est q̃ video. z istis conuenit significatio leticie Alie sunt que significant dolorẽ. vt heu z proch et illis ꝓuenit significatio doloris. Alie sunt que significant admirationem. vt pape. i. quid est hoc et istis ꝓuenit significatio admirantis. Alie sunt que significant metum. vt at at hui. z istis conuenit significatio timoris. Nulla aũt est interiectio que non significet aliquo istorũ modorum. Ut sic patet quid sit interiectio. z quot accidunt ei.

Cõtra predicta arguitur

¶ Primo sic. omnis pars orõnis significat mentis ꝓceptum. g̃ male dicit autor q̃ interiectio significet mentis affectum ¶ Secundo sic. omnis pars orõnis significat ad placitũ. sed interiectio nõ ꝑcat ad placitũ. sed naturaliter. cum idem significet apud oẽs homines Nã dolor eodem modo afficit mentem omnibus quibus inest. g̃ interiectio nõ est ps orõnis. ¶ Tercio sic. omnis pars orõnis aut ꝑcat substantiã. aut actũ. aut est determinatio horum. Sed interiectio nullum illoꝝ determinat. q̃ si sic tũc esset aduerbium vel ꝓiunctio vel ꝓpositio. g̃ interiectio non est pars orationis. ¶ Quarto sic. omnis interiectio aut est primitiue aut deriuatiue speciei. g̃ interiectio est alicuius speciei. z p̃ ꝓñs species debet assignari p̃o accidente ipsi interiectioni. g̃ male dicit autor q̃ tantum vnũ sibi accidit ¶ Quinto sic. dolor admiratio leticia z timor nõ sunt accidentia. g̃ etiam significatio doloris admirationis ꝛc. non accidunt ei. Tenet ꝓñ. q̃ cuicũcz non accidit significatiua dictio. ei non

Super donatum

accidit significatio eius. cū nihil sit significatū nisi p̄ significatōem ei⁹ in genere cause formalis. sicut nihil est album nisi p̄ albedinem

Ad argumenta in oppoſi.

¶ Ad primum dicitur. q̄ priscianus p̄hendit interiectionem sub aduerbio. qđ significat mentis p̄ceptū. sed hoc non est distinguendo in interiectionem ab aduerbio. sicut facit autor iste. immo interiectio est pars orationis significans mentis affectum z non conceptum ¶ Ad secundu dicit. q̄ licet interiectiones non ita plene z pfecte significent ad placitū sicut alie partes orōnis. eo q̄ non sunt voces cognite nec causate a nostra volūtate. tū p̄ quanto significationē suaz p̄ institutionē accipiūt. sic ad placitū dicunt significare ¶ Ad terciū dicit. q̄ omnis ps orationis indeclinabilis significans mentis p̄ceptum est determinatio substantie vel actus vel vtriusq̄. sed hoc non oportet de parte indeclinabili significante mentis affectū z non conceptum. cuiusmodi est interiectio ¶ Ad quartum dicitur. negando p̄sequentiam. q̄ interiectio est solū p̄mitiue speciei z nulla est deriuatiue speciei. ideo species non accidit sibi p̄ qualibet differentia eius qua propter non debet assignari p̄ accidente eius ¶ Ad quintum dicitur. q̄ sicut dolor leticia timor z admiratio non accidunt interiectioni. ita nec significatio passiua co p̄. que est rei significate passio Sed interiectioni accidit significatio actiua doloris leticie z sic de alijs. que est significantis rei actio. q̄ afficit animam dolenter. Et dicitur vltra q̄ speciebus significationis interiectionis. nō sunt nomina simplicia imposita. sed circūloquuntur per nomina passionum. a quibus causatur affectus in anima. quam saluare dignetur deus gloriosus in secula benedictus Amen

Octo partium orationis p̄mentum luculentissimum cū pulchris argumentis atq̄ notabilibus p̄ magistrum Johannem Versoris editū Anno domini. M.cccc.xc. Colonie īpressum p̄ inclitū eiusdem ciuē Henricum quentel feliciter explicit.

Regule grammaticales

antiquorum cum earundem declarationibus ꝛ multis ar/
gumentis positis circa vnãquãq; regulã in speciali

Colonia



Hain 13840

Regule grammaticales

Cum cuiuslibet artificis sit ꝓsiderare sua princi/pia. ob hoc grāmaticus aut grāmatice intendens hz prin/cipia sue artis ꝓsiderare. Nam ꝓmo phisicoꝝ Aristoteles inqt q scire t intelligere ꝓtingit in vnaquaq; scia ex ꝓncipiis causis t elementis ad principiata causata t elementata. Etiā ꝓmo posterioꝝ dicit. Scire est cām rei cognoscere ꝓpter quam res est. t qm illius est causa. t nō est ꝓtingere hoc aliter se habere. Pro quo

Notandū Qz principia cuiuslibet artis sunt duplicia. si militer t grāmatice. Naz q̄dam sunt ꝓplexa alia vero incōplexa. Complexa sunt ꝓpōnes aut regule quib; nihil est notius aut verius in illa arte. vt in grammatica principiū ꝓplexum est q adiectiuū t suū substantiuum ꝓuenire habent in crib; accidentib; grāmaticalib;. Similiter suppositū t appositū triplicem requirūt ꝓuenientiam. ac etiā relatiuū t suū antecedens. Unde illa principia diuersis noib; appellant. Dicunt em principia. q; ipsis nihil est ꝓus q̄ qō possint probari in illa arte. Dicūtur etiā dignitates. q; dignū est eis credere ac assentire ꝓpter eoꝝ notioritatem. Nam dicit primo posterioꝝ q principijs in eoꝝ virtute nihil est notius Dicūtur etiā maxime. q; maximā habent potestatē declarandi alia. Dicūtur etiā suppōnes. eo q supponūtur in qualibet scia ¶ Principia aūt incōplexa sunt duplicia. scz materialia t formalia. Materialia sunt littere syllabe aut termini. ex q̄b; ꝓncipia ꝓplexa ꝓstituuntur. Principia vero formalia sunt que dant esse. eo q forme sit dare esse. sicut vnio et modi significandi accidentales causantes congruitatem

Item nota q congruitas est orationis perfectio ex ꝓportione modorum significandi causata. ad exprimendum mentis ꝓceptum finaliter adinuē ta ¶ Est autem duplex congruitas. Nam quedaz est ad sensum vbi cō structibilia vocetenus exprimuntur. vt ego lego. petrus studet. Alia est cōgruitas ad intellectum. que est vbi ꝓstructibilia vocetenus non exprimūtur sed vnum subintelligitur in alio. vt legimus. eo q in omni verbo prime vel secūde ꝓsone certus intelligit noiatuus

Ulterius notandum est q modi significandi accipiuntur dupliciter. ¶ Uno modo absolute. et sic sunt principia grāmatice quo ad speciem eiq; ethymologia dr. Alio modo accipiūtur respectiue qūo sunt ꝓncipia grāmatice q̄tum ad hanc speciem. que dysintactica dicitur.

Ar Partes orōnis sunt principia grāmatice. ergo nō modi significādi. eo q principium se habet ad reliqua alia ratione alicuius ꝓpetatis Dicendum q licet partes orōnis sint principia grammatice incomplexa. hoc tñ est per modos significandi. eo q ptes orōnis ꝓstituūtur in esse per modū significandi Diceres si modi significandi sint principia. aut sunt effectiua aut formalia. Dicendū q respectiue considerati modi significandi sunt principia effectiua. sed absolute ꝓsiderati sunt principia formalia respectu partium orationis

Antiquorum

Prima regula grã:

maticalis est ista. q adiectiuū ꝛ suū substantiuū volunt ꝓuenire in trib⁹ accidentibus grammaticalib⁹ scz in genere. in numero et in casu. Exemplum vt albus vir. vtile anim̃a vnde versus. Est adiectiuum substantiuo sociandum. In simili genere. casu pariter numeroq;. Unde florista. Mobile cum fixo paribus tribus associato. Casibus et numeris genus his bene consociabis.

Exempla { Bonus homo / Beatus vir / Albus homo / Virtuosus vir } { Alta quercus / Magnifica domus / Tenera puella / Pinguis hircus.

Pro maiori declaratõe presentis regule tria per ordinem sunt videnda. Primo videndum est de diuisionib⁹ adiectiui ꝛ substantiui. Secũdo de eorũdem diffinitionib⁹. Tercio de regula in se quomodo scz ipsa sit intelligenda Pro cuius declaratione.

Sciendũ Primo q duplex est adiectiuũ. scz casuale ꝛ nõ casuale. Adiectiuũ nõ casuale dicit esse aduerbium fluxũ vel fieri ꝓbi determinãs. hoc est actionem vel passionem verbi. Et ꝓpter hoc dicit Priscianus primo minoris q aduerbium est vi verbi adiectiuum id est verbi determinatiuũ. de quo adiectiuo regula non intelligitur. Sed adiectiuum casuale est dictio casualis significans formam accidentalem adherere suo subiecto. Et tale est triplex. scz voce tm̃. significatione tm̃. voce ꝛ significatione simul. Adiectiuum voce tm̃ est dictio mobilis per diuersa genera. non tamen significat formam accidentalem inherere suo subiecto. sed potius significat ꝓ modum substantie mere determinabilis per alteruz vnũquodq;. vt sunt ꝓnomina primitiue speciei. vt ego tu ille ipse iste. Et dicitur adiectiuum voce tm̃. quia habet solum vocem adiectiui ꝛ non significationem. Sed adiectiuum significatione tm̃ est dictio non mobilis per diuersa genera. significans tamen per modum adiacentis alteri. vt sunt nomina officioꝝ. vt papa patriarcha sartor fator magister episcopus. Et dicit adiectiuum significatione tm̃. quia habet solum significationez adiectiui. sed caret voce. Sed adiectiuum voce ꝛ significatione simul est dictio mobilis ꝓ diuersa genera significans cum hoc per modum adiacentis alteri. vt albus niger iustus sanctus virtuosus studiosus ꝛc. Et ꝺr adiectiuũ voce ꝛ significatione simul. q; ꝓram vocem q; ꝓ significationem adiectiui obtinet. Tm̃ patet ex predictis q hec diuisio adiectiui est diuisio analogi in sua analogata. quia adiectiuum casuale per prius ꝛ verius dicitur de adiectiuo voce ꝛ significatione simul. quod est verissimum adiectiuum. deinceps vero de adiectiuo ꝛ significatione tm̃. et tandem de adiectiuo voce tm̃.

adiectiuum voce tm̃

adiectiuum significatione tm̃

Regule grãmaticales

Adiectiuũ ad huc est duplex

¶ Sciendũ secũdo q̃ adiectiuũ est adhuc duplex. scz purũ et impurũ. Adiectiuũ purũ est qđ est mobile p̃ diuersa genera cũ h̃ significans p̃ modũ adiacentis alteri. vt est adiectiuũ voce ꝛ fcatiõe simul. Et tale est duplex. scz pfessionis ꝛ nõ pfessionis. Adiectiuũ pfessionis est cuius fcatũ solũ attribuit certe spẽi. et nõ pluribꝫ vt pbꝫ iustus. que solũ vni certe spẽi. scz nature humane attribuũtur. Qua ꝓpt̃ possunt reddere suppositũ verbo psonali. vt iustus florebit sicut liliũ. ¶ Non pfessionis adiectiuũ est. cuius fcatum attribuit pluribꝫ spẽbus ꝛ no vni certe spẽi. vt albꝫ niger velox fortis ꝛc. ¶ Sed adiectiuũ impurũ est qđ aliquo mõ est mobile per diuersa genera. no tñ fcans per modus adiacentis alteri. vt sunt pronomina primitiue speciei

nõ substatiu

¶ Sciendũ tercio q̃ pnomen substantiuũ est dictio significans rem suam per modũ p̃ se stantis. sicut hoc nomen lapis fcat substãtiam duram habens esse p̃ se in rerũ natura. Et hoc pnomen ego fcat meram substãtiã extra demonstratõem ꝛ relatõem. Sed in demonstratõe fcat substantiã singularẽ per modũ subsistentis. Vñ illa dictio hic fcare rem p̃ modũ per se stantis. que ipsam rem fcat inquantũ nõ habet esse in alio. hoc est inquantũ fcat p̃ modũ essentie distincte ab alio. Et sic nomina abstracta accidentiũ dicũtur substantiua. vt albedo nigredo iusticia sanctitas ꝛc. Et hic substantiuũ a verbo substo as are. q̃ substat accidentibꝫ. Sed nomen adiectiuũ est dictio fcans rem suã p̃ modũ adiacentis alteri. vt albꝫ niger. Similiter meus fcat p̃ modũ adiacentis alteri. scz possessori sicut albꝫ fcat albedinem per modus adiacentis albe rei. Unde illa dictio dicitur significare per modum adiacentis alteri que ipsam rem fcat inquantum inheret alteri. scz rei per se existẽti. Quod quidem adiectiuũ potest esse duplex. scz absolutum ꝛ respectiuũ. Adiectiuũ absolutum siue finitũ est qđ p̃m se ꝛ absolute informat suũ substantiuũ. vt hoc nomen adiectiuum albꝫ informat hoc nomen substantiuum homo vel aliquod ꝓsimile. Sed adiectiuũ respectiuũ siue infinitũ est qđ p̃m se ꝛ absolute non informat suũ substantiuũ. sed in ordine ad sua inferiora. vt sunt signa vniuersalia. distribuẽtia p̃ro partibꝫ subiectiuis vel p̃ro partibꝫ integralibꝫ. vt sunt omnis nullus quilibet ꝛc

Adiectiuũ prime impositionis

¶ Sciendum quarto q̃ adiectiuum adhuc est duplex. scz prime impositionis. ꝛ secũde impositionis. Adiectiuũ prime impositiõis est quod significat rem suam p̃ modus adiacentis alteri habens esse sine operatione intellectus. Vel sic. est qđ attribuit substantiuo p̃me impositionis. vt albꝫ niger. sanctus fortis clemens pius. q̃ ꝗ grue dicit albꝫ hõ. sed incongrue albꝫ syllogismus. alba ꝓpositio. Sed adiectiuũ secũde impositiõis est quod significat suũ significatũ per modum adiacentis alteri cum operatione intellectiua. vt syllogismus ypotheticus. Similiter ex aduerso duplex est substantiuum. scz prime intentionis et secũde intentionis. Unde substantiuũ prime intentionis est quod significat rem suam per modum per se stantis. que res habet esse sine operatione intellectus. Vel sic substãtiuũ est cuius fcatum p̃t attribui adiectiuo p̃me impositi

Antiquorum

tionis.vt homo asinus vir animal nigredo albedo ꝛc. Sed substantiuꝫ secũde intentiõis est qđ significat rem suam ꝑ modũ per se stantis cũ operatione intellectus. vt syllogismus ꝓpositio differentia genus spẽs ꝛc Ex quib⁹ dictis ꝑz ꝙ non quodlibet adiectiuũ potest addi cuilibet substantiuo. Nam adiectiuũ secũde impositionis non potest addi substantiuo prime impositionis. Cuius ratio est. qz illud adiectiuum solum debet addi suo substantiuo qđ specificat in forma ⁊ depingit significatum sui substãtiui. sed adiectiuũ secũde impositionis non potest informare ſcatum substantiui prime impositionis. ergo incongrue additur ei. Maior est Prisciani dicentis ꝙ adiectiuũ est inuentum ad specificandũ suũ substantiuũ Minor probat. qz adiectiuũ secũde impositionis importat rem existentẽ in anima. substantiuũ aũt prime impositõis importat rem extra animaꝫ. modo res in anima non potest informare ⁊ specificare rem extra animam Similiter ecõuerso substantiuũ secũde impositõis nõ potest addi adiectiuo ꝓme impositõis. ꝓpter rõnem tactam. quapropter omnes iste oratiões sunt censende incõgrue. vt aial ypotheticuꝫ. candidus syllogismus. alba ꝓpositio ¶ Contra hoc arguit. tñ hoc adiectiuũ bonus vel malus ꝓme impositõis potest addi substantiuis secũde impositõis ⁊ etiã ꝓme impositionis. qz ꝙ grue ꝛ bonus syllogismus. bonus homo. ergo male dictuꝫ est ꝙ adiectiuũ prime impositionis nõ ꝑt addi substantiuo scõde impõnis ¶ Dicendũ ꝙ hoc non est ꝙ tra ꝓdicta: qz ꝙdam sunt adiectiua que ꝙueniunt tam reb⁹ in aĩa ꝙ etiã extra animam. et etiã reb⁹ spũalib⁹ ⁊ corporalibus. vt sunt bonus ⁊ malus. at talia possunt addi substantiuis dicentib⁹ rem in anima. ⁊ etiam substantiuis dicentib⁹ rez extra animã. et sic homo dicitur bonus bonitate morali. et syllogismus dicitur bon⁹ bonitate cõstructionis. quia ꝙstruitur ex trib⁹ terminis ⁊ duab⁹ ꝓpositiõib⁹ in debito modo et figura positis

¶ Istis presuppositis regula in se sic est intelligenda ꝙ in omni oratione simpliciter congrua. adiectiuum casuale et adiectiue tentum voce ⁊ ſcatione simul. ⁊ suũ substantiuũ debent ꝙuenire in trib⁹ accidentib⁹ grãmaticalib⁹ partialib⁹ adinuicẽ nõ reducibilib⁹

¶ Dicitur primo (in omni oratiõe simpliciter ꝙ grua) propter alias orationes figurative congruas. in quibus adiectiuum ⁊ suum substantiuũ disconueniunt illis trib⁹ accidentibus grammaticalib⁹. vt patet in ista vt consimili oratione. Utraqꝫ formose me iudice sunt venerande. Et similiter patet in ista. Johannes ⁊ katherina sunt albi. et in ista petrus ⁊ barbara sunt boni. que orationes ⁊ consimiles admittuntur ꝓpter certam rationem excusantem ¶ Dicitur no tanter (adiectiuum casuale) ad excludendum adiectiuum non casuale. vt sunt aduerbia. que vere dicuntur adiectiua. et tamen non conueniunt cum constructibilibus cum quibus construũtur in istis tribus accidentibus. quia non sunt alicuius numeri. generis vel casus. vt lego bene. curro leuiter ¶ Dicitur notanter (adiectiue tentum) ꝓpter adiectiuum partitiue tentum. quod solum vult conue/

Regule grammaticales

nire cum suo substantiuo in genere ꝛ non in numero vel casu. vt vna sozorum. vnde Alexander Solius est generis adiectiuum variatꝙ cꝫ ¶ Dicitur notanter (voce ꝛ significatione simul) propter istas ozationes vel consimiles. Mulier est episcopus. mulier est presbiter. iste ozatiões sunt simpliciter incongrue censende ¶ Dicitur notanter (ꝛ suum substantiuum. quia non oportet adiectiuū conuenire cuꝫ quolibet substantiuo. sed solum debet conuenire cum suo substantiuo

¶ Item illud dicitur esse substantiuum alicuius adiectiui quod significat rem cui potest adherere vel inherere res significata p adiectiuum. Et illud dicitur esse adiectiuum alicuius substantiui. quod significat formam accidentalem que potest inherere rei significate per substantiuū. quapropter excluduntur iste ozationes ꝛ consimiles. Candidus syllogismus. cappa cathegorica. animal ypotheticū. ꝛ sic de aliꝭ ozationibus in quibus res significata per adiectiuū non potest adiacere vel inherere rei significate per substantiuum. ꝛ ergo sunt incongrue ¶ Dicit etiam notanter ꝙ debent conuenire in tribus accidentibus grammaticalibus. scꝫ in genere numero ꝛ casu

¶ Ratio autem quare adiectiuum et suum substantiuum debent conuenire in numero est ista. quia adiectiuū habet se ad suū substantiuū sicut accidens ad suum subiectum. sed accidens ꝛ suū subiectum faciunt vnum numero. ergo adiectiuum ꝛ substantiuū faciūt vnuꝫ numero Tenet consequentia. quia accidentia numerantur numerositate suoꝝ subiectorum. ergo idem in numero debent facere cum eis. quia illa sunt vnuꝫ numero quorum subiectum sunt vnum ꝛ idem ¶ Alia ratio est. naꝫ res intellecta singulariter debet significari singulariter per dictionem significantem singulariter. vel per modum vnius. si ergo aliqua res per se subsistens intelligitur singulariter etiam debꝫ significari singulariter. sed quia accidentia accipiunt esse a subiectis. si subiectum est singulare eius accidens erit singulare. ergo vt fiat ꝓportio signi ad signatum. tunc si res significata per subiectum intelligitur singulariter. etiam de necessitate res significata per adiectiuū debet intelligi ꝛ significari singulariter. quia est cōmunis regula. sicut res habet esse sic habet intelligi. ꝛ per consequens per voces significari ¶ Ratio aūt quare debent conuenire in genere est ista. quia genus attribuitur dictioni ratione virtutis actiue vel ratōe virtutis passiue. sed virtus actiua ꝛ passiua primo conuenit substantie ꝛ non accidenti. quia sola substantia agit ꝛ patitur. vt dicit septimo metaphisice. Et ergo adiectiuū significans accidens accipit virtutem actiuam vel passiuaꝫ a re significata per suū substantiuū. et sic si res significata per substantiuū esse intelligitur sexus masculini vel femenini vel neutri. sub hoc sexu masculini femenini vel neutri debet intelligi res significata per adiectiuū Et ergo si substantiuum est generis masculini. tunc etiam suum adiectiuum debet esse generis masculini. verbi gratia asinus intelligit sexus esse mas

Antiquorum

culini. ergo et suū adiectiuū significans formam accidentalem ei inherentem debet intelligi ⁊ per ꝯsequens significari sub sexu masculino. vt dicendo griseus asinus. magnus asinus. ¶ Et sic patz quare adiectiuum ⁊ substantiuū debent ꝯuenire in genere ⁊ in numero. ¶ Sed ratio quare adiectiuum ⁊ suū substantiuū volunt ꝯuenire in casu est ista. quia casus est dispositio substātie. hoc est dictōis ꝑcantis substātiā in ordine ad actū. ſz adiectiuū nō ordinat ad actū nisi p suū substātiū. ḡ adiectiū dz ꝯuenire cuz substantiuo in casu. ¶ Etiam si res significata per orationem intelligit sub habitudine obliquitatis. ita etiam accidentia ipsius orationis debent intelligi sub eadem habitudine obliquitatis. vt si res significata per substātiuū ⁊ suū adiectiuū intelligat sub habitudine obliquitatis. sub eadē habitudine accidentia ordinis intelligantur. quapropter cōgrue dicit. dedi homini iusto panem ⁊c

¶ Aduertendum est circa predicta. q ista tria accidentia respectiua. ſcz numerus genus ⁊ casus ad conuenientiam adiectiui et substātiui requirūtur. sed non sufficiūt. Nam preter ea adhuc requirūtur duo. ¶ Primum est q adiectiuū significet rem suam per modū adiacentis alteri. id est rei significate per substantiuū. quod substantiuū significat rem suam per modum per se stantis in ordine ad rem significatam per adiectiuum. quapropter iste orationes sunt incongrue. albus syllogismus. candida propositio. animal cathegoricum. quia ibi significatum adiectiui p me impositionis non potest specificare informare ⁊ depingere rem significatam per adiectiuū secūde impositionis. ¶ Secūdum est q substantiuū debet significare rem suam per modum specificabilis per rem significatā per adiectiuū. et adiectiuū debet significare rem suam per modum specificantis rem significatam per substantiuū. quapropter ista oratio homo rationalis non est congrua. quia adiectiuū est inuentū propter specificare suum substantiuū. sed hic hec dictio rationalis non specificat suū substantiuum. quia homo per se est rationalis

¶ Primo ꝓtra regulam sic. Adiectiuū ⁊ suū substantiuū volūt cōuenire in quatuor accidentibus grāmaticalib⁹. ergo male dictum est q adiectiuū ⁊ substantiuū volunt ꝯuenire tātū in tribus. Antecedens probat per floristam dicentem. Quatuor alb⁹ habet trina bina relatio preter. vbi p alb⁹ intelligit nomen adiectiuū cum substantiuo. ¶ Dicendum q florista personam comprehendit sub numero. q fm ꝓscianum primo minoris numerus ⁊ persona sunt accidentia coniugata. id est coniugata. quia vbicūq; reperitur vnum ibi reperitur ⁊ reliquū ⁊ econuerso. ⁊ vbicūq; deficit vnū ibi deficit ⁊ reliquum. vt patet in verbis impersonalibus ⁊ in infinitis. que numeris ⁊ personis carent. ¶ Vel dicendum est q non semper est necessarium adiectiuum ⁊ suū substantiuū esse eiusdem persone. vt patet in ista oratione. ego iohannes disputo ⁊ ꝯsimilib⁹. quia hoc pronomen ego est prime persone. ⁊ iohannes est tercie persone. ⁊ sic patet quomodo persona sub numero ꝯprehenditur

Regule grãmaticales

Oppositꝫ in diuersis subiectis non repugnant. ergo etiam sequi
tur ꝙ oppositꝫ accidentia in diuersis dictionib⁹ non repugnant.
ergo cum adiectiuum sit generis feminini. et substantiuũ generis
masculini esset ꝑgrua conuenientia. vt dicendo alba vir. Antecedens ꝓ
batur. quia albedo socratis non repugnat nigredini Ciceronis. quia oppo
sita debent ineſſe eidem ſuſceptibili Ndm ad ꝓsequens. ꝙ licet oppo
sita in diuersis subiectis non repugnant. tamen accidentia oppositꝫ in di
uersis dictionib⁹ repugnant. et hoc maxime verum est quando iste dictio
nes pertinent ad vnam ꝛ eandem rem in numero. sicut sunt in ꝓpositꝫ
adiectiuũ ꝛ substantiuum accidens ꝛ suum subiectuꝫ repꝛesentantia que
faciunt idem in numero

Adiectiuũ ꝛ suum substantiuum differunt essentialiter. ergo nõ
ꝓueniunt in his tribus accidentib⁹. Antecedens ꝓbatur. quia
adiectiuum ꝛ substantiuũ habent diuersas diffinitiões essentiales
vt ꝓius dictum est. ergo non ꝓueniunt Etiam quecũꝫ differunt essen
tialiter ꝛ realiter. etiam differunt accidentaliter. sed adiectiuũ ꝛ substanti
uum sunt huiusmodi. ergo ꝛc Dicendũ est negando ꝓsequentiam ꝙ
non ꝓueniũt in tribus accidentibus grammaticalib⁹. quia nihil ꝓhibet
ea que differunt essentialiter ꝓuenire in accidentib⁹ ꝓmunib⁹. sicut nix et
cristallus differunt essentialiter. et tamen ꝓueniunt accidentaliter. scilꝫ in
albedine. Sic etiam est de adiectiuo ꝛ substantiuo. que differunt essentia
liter ꝛ ꝓueniunt acciden. liter ꝛc

Ista oratio est ꝑgrua duodecim milia signati. et tamen adiectiꝫ
uum ꝛ substantiuũ disconueniunt in genere. Antecedens ꝓba
tur ꝓ secunda parte. quia adiectiuũ scꝫ signati est generis masꝫ
culini. ꝛ substantiuum scꝫ milia est generis neutri. Nec potest excusari per
hoc ꝙ antiquitus milia erat generis omnis. vnde Petrus helie Non fle
ctas mille. da plurali et genus omne. quia tunc adiectiuum ꝛ suum subꝫ
stantiuum adhuc disconuenirent in genere. eo ꝙ adiectiuuꝫ esset generis
masculini. ꝛ substantiuum generis omnis. que sunt diuersa genera Di
cendum est ꝙ ꝓmuniter solet dici ꝙ antiquitus milia erat generis oĩis
et declinabꝛaur sic. Nominatiuo hi ꝛ he ꝛ hec milia. genitiuo horuꝫ ꝛ ha
rum et horum milium. ꝛ sic de alijs. ſm quam considerationem generis
milia ponitur in ꝓdicta oratiõe sacre pagine. vnde Alexander In tripli
ci genere numeralia nomia pone. vnde quidã. In triplici genere milia di
cta fuere. Milia signati data pure ꝑgruitati. Sed ad replicaꝫ dicitur ꝙ
non requiritur semꝑ adiectiuũ ꝛ substantiuum esse eiusdẽ generis totalis
sed sufficit ꝙ ꝑtialis. Vel dꝛ ꝙ hoc adiectiuũ signati restringit suum sub
stantiuũ. scꝫ milia ad standũ secũ in eodẽ genere.

Relatiuũ ꝛ suũ antecedens disconueniũt aliquando in casu. ꝛ taꝫ
men habent se sicut adiectiuum ꝛ substantiuũ. ergo etiam adiecti
uũ ꝛ substantiuũ possunt aliqundo disconuenire in casu. Nũs est
notũ. Sꝫ ꝙ relatiuũ sit adiectiuũ ꝓbat. qꝛ relatiuuꝫ est sincathegreuma. i.
fcat actum syncathegreumaticũ. Dõ syncathegreuma est adiectiuum

Item relatiꝰ ꝑcat ꝙ modū referētis. ſz modus referētis eſt modus adiacē tis. hoc eſt vna ſpēs modi adiacētis. Item relatiꝰ mouetur ꝙ tria genera et per tres terminatōes. ergo eſt adiectiꝰ Dōm negando ꝓñam. q relatiuū ꝫ ſuum añs habeāt ſe ſicut adiectiꝰ ꝫ ſubſtantiuū. qz ſi relatiuū debeꝫ ret habere aliquod ſubſtantiuū. hoc erit ꝓdeclīniū ſui añtis. quod ſecū con uenire debeat in caſu. vt dicendo video iohannē qui iohānes diſpurat. dili go petrum. cuiꝰ petri miſereor. Sc̄do dōm eſt. q relatiꝰ ꝓſideratur dupl'r vno mō vt dicit actum referēdi ꝫ nō rem relatam. ꝫ hoc cōtingit qñ circa ipſum exprimitur ꝓdeclīniū ſui antecedētis. ſicut ſtatim exemplificatū eſt. Alio mō ꝓſideratur vt dicit rem relatam. ꝫ cōnotat actum referēdi. et ſic relatiuum capiendū eſt ſubſtantiuū. hoc eſt tenetur ſubſtātiue quādo cir ca ipſum non exprimitur condeclīniū ſui antecedētis. Sed primo mō ꝓſi derando ipſum tenetur adiectiue

Ar ſexto ſic. Illa eſt ꝙgrua. dyabolus eſt mille artifex. ꝫ tamē adiectiꝰ et ſubſtantiuū diſcōueniunt in numero. quod ꝓbatur. qz adiectiꝰ mille eſt plis numeri. ſz ſubſtantiuū ſcz artifex eſt ſingulariꝫ numeri. ergo diſcōueniunt Dōm q mille nō eſt adiectiꝰ huius nois artifex ſed hoc totum mille artifex eſt vnū nomen ꝓpoſite figure ex duob⁹ rectis cōpoſitum. ergo nō eſt conſtructio adiectiui ꝫ ſubſtātiui. ſed potius ibi eſt conſtructio verbi ſubſtantiui cum ſimilib⁹ caſibus ante ꝫ poſt. Sil'r dice tur ad illam vide vnū mille. eſt vnum nomen ꝓpoſitum ex duob⁹ rectis. et eſt conſtructio tranſitiua

Ar ſeptimo ſic. Illa eſt congrua longa a. ꝫ tamē adiectiuū ꝫ ſubſtanti uū diſcōueniunt in genere. qz adiectiꝰ ſcz longa eſt gñis fei. ꝫ ſub ſtantiuū ſcz a eſt neutri. vtz per Petrū helie dicentē. q noia litte raꝝ ſunt generiꝫ neutri. vñ Propria ſeu grece ſunt lingue ſiue latine Sūt neutri. nec ꝙ donea flexib⁹ vllis Dōm q a non eſt ſubſtantiuū huiꝰ ad iectiui longa. ſed habet ſubſtantiuū ſubintellectū ſcz lrā. cum qua cōuenit in genere. Sil'r dōm ad iſtam adulter erit ſupandus. vbi adulter non eſt ſubſtantiuū huius nominis ſupandus. exquo adulter ibi ponitur mate rialiter. ꝫ omnis dictio materialiter poſita eſt generis neutri. ꝫ ergo habet ibi ſubſtantiuū ſubintellectū. ſ. ille terminus lrā. Sil'r dicetur ad iſtam. in quies eſt curta. Inquies illa dcō eſt curta. i. corrupta

Ar octauo. Illa eſt congrua. lis eſt de paupere regno. ꝫ tamē adiectiꝰ et ſubſtantiuū diſcōueniunt in genere. ergo ꝛc. Añs ꝓbatur ꝓ ſe cunda parte. quia adiectiꝰ eſt generis cōmunis ꝙ illam regulā Et cōmune notes. ꝫ ſubſtantiuū eſt neutri generis Dōm q ipſa eſt ꝙgrua per illam regulā. Et ad probationē dicitur. q licet pauper ſit generis cō munis in declinando. qm ei ꝓponunt duo articularia ꝓnomina. vt hic ꝫ hec pauper. tamē in ꝛſtructione eſt generis omnis. Et ergo dicit Alexan der Plurib⁹ exiſtis ſociari neutra videbis.

Ar nono ſic. Illa eſt congrua. albus pedem. ꝫ tamē adiectiꝰ ꝫ ſubſtan tiuū diſcōueniunt in caſu. quia adiectiꝰ ſcz albus eſt nomiatiui ca ſus. ꝫ ſubſtantiuū ſcz pedem eſt accuſatiui caſus. ergo diſconueni unt in caſu Dicendum q non eſt contra regulam. quia regula intelligi

tur de oꝛõne simpliciter congrua.sꝫ ibi ꝓmittitur figura que dicit synodo/
che.ergo non est contra regulam.

Ar decimosic.hic est adiectĩ ꝫ substantiuũ. Tauri mei ꝫ altilia mea
sunt occisa.ꝫ tamẽ adiectĩ ꝫ substantiuũ discõueniunt in genere.
quia adiectiuũ sꝫ occisa est generis neutri. ꝫ substantiuũ sꝫ thau
ri est generis masculini. ergo discõueniunt in genere Dõm ꝙ aliqui di/
cunt ꝙ illa oꝛõ non sit simpl'r congrua.sꝫ figuratiue ꝓ ꝓceptionẽ genꝰ.sꝫ
hoc nõ valet.qꝛ adiectiuũ in ꝓceptione genꝰ debet se ꝓformare in genere
cum dcõne ꝓcipiente.ꝫ nõ cum dcõne concepta.qꝛ dicit Alexãder ꝙ mas/
culinũ concipit feim ꝫ neutrum.nec retrouerte.ergo hic adiectiuũ non de/
bet ꝓuenire cum dcõne concepta in genere. Quapropter dõm est.ꝙ hic cõ
mittitur antithesis halẽs fieri quãdo accidens ponitur ꝓ accidẽte.sꝫ nu/
merus ꝓ numero.genus ꝓ genere.sicut hic. Alij aũt dicunt ꝙ hic sit zeug
ma.oꝛdinãdo sic ꝓstructibilia.altilia mea sunt occisa ꝫ thauri mei.ꝫ sic cõ
structibile posterius assumptũ discouenit cum priori in genere. Et sic di
cendũ est.ꝙ regula intelligitur de oꝛõne simpliciter cõgrua.ꝫ nõ de oꝛõne
figuratiue congrua.

Ar Undecimo sic. hic est adiectĩ ꝫ substantiuũ.ꝫ tamẽ discõueniũt
in numero.sꝫ duo iohãnes.quod ꝓbatur sic.adiectĩ est ꝑtis nu/
meri.ꝫ substantiuũ sꝫ iohãnes est singularis numeri.exquo ẽ no/
men ꝓprium.quod caret ꝑti numero Dõm ꝙ nomina propria possunt
habere plem numerũ quatuoꝛ modis Primo rõne euentus.vt si casuali/
ter cõtingeret ꝙ duo homines vocarent hoc nomine iohannes vel catho.
tunc possumus de illis dicere. isti sunt duo iohãnes vel duo cathones.po/
nendo hoc nomen iohannes in plurali numero. Secũdo nomina propria
possunt habere pluralẽ numerũ propter similitudinẽ qualitatis coꝛpalis.
vt si sint duo homines foꝛtioꝛes alijs possum⁹ de illis dicere.isti sunt duo
hectoꝛes.quia hectoꝛ fuit grecoꝝ foꝛtissimus Tercio propter similitudinẽ
qualitatis intellectualis.vt si sint duo homies sapiẽtioꝛes alijs hominib⁹
de ipsis possumus dicere.isti sunt duo salomones. ponendo hoc nomẽ sa
lomon in plurali numero ꝓpter similitudinẽ qualitatis intellectual'. Quar
to rõne originis vel generatõis.vt si theucer generasset multos filios tunc
possumus de ipsis dicere.isti sunt theucri ponendo hoc nomen theucer in
in plurali numero. Et si fiat rõne istoꝝ quatuoꝛ modoꝝ predictoꝝ.tunc
non sumitur proprie. sed sumitur transsumptiue siue similitudinarie ꝓ no
mine appellatiuo. Et sic predicte oꝛõnes sunt congrue per regulam adiecti
ui ꝫ substantiui ꝛc.

Ecunda regula grã:

maticalis est ista. ꝙ suppositũ ꝫ appositum debẽt ꝓuenire in tribus accidentib⁹ grãmaticalib⁹.s.in numero.in per
sona ꝫ in rectitudine casuali. Exemplũ vt sortes disputat
vñ⁹ Inter appo.ꝫ suppo.tria cõuenientia quero Que sunt persona.nume
rus.casus. habitudo

Antiquorum

Exempla

Johannes laborat
Animal dormit
Sortes philosophat
Homo ratiocinatur
Auis volat
Asinus currit
Dido dormit
Auicula garrit
Corvus crocitat
Herculus furit
Iupiter fulminat
Homo currit
Johannes dormit
Animal laborat
Populus ꝓtendit
Tu legis
Legere est agere
Celum rubet
Penolpe net
Terra mugit
Venus salit
Vulcanus fabricat

Pro istius regule maiori declaratione

Sciendum Primo q̄ suppositum potest sic diffiniri. Suppositū est dictio significās rem p̄ modum principij actus dicibilis de ea. In q̄ descriptione dictio debet capi cōmuniter. nō solum pro simplici dcōne. sed etiā pro tota orōne. vt seruire deo est laudabile. vbi hoc totum seruire deo reddit suppositum huic verbo est. Dicitur notanter (significās rem) ad innuendū q̄ omne suppositum in grammatica debet esse significatiuū alicuius rei. vt homo asinus substantia lapis albedo nigredo iusticia ꝛc̄. Et per hoc remouent sȳncathegoremata. que nō possunt esse suppositā. quia non significāt res. sed rerum dispositiones. vt omnis quilibet nullus. que nō possunt esse suppositum. sed sunt dispositiōes subiecti. quod disponūt et distribuunt. Dicit notanter (per modū principij actus dicibilis de ea) per quod innuitur ratio formalis suppositi. que in hoc consistit q̄ res significata per suppositū. hoc est suppositum debet significare rem que est principium efficiens actus significati per ꝓbum. vt cum dico ego lego. ibi ego ꝓcat rem de se loquentē efficiens de se actum legendi. Vel suppositū dicit significare rem que est principiū materiale recipiens ꝛ ꝓseruans in se actū ꝓcatū per ꝓbum. vt ego pcutior. vbi ego ꝓcat rem de se loquentē inq̄ntuz recipit in se pcussionē siue actum pcutiendi ab alio illatū. Vel sic. suppositum est dictio ꝓcās rem de qua fit sermo Fieri autē sermonē de aliqua re nihil aliud est q̄ significare rem aliquā p̄ modum fixitudinis siue p̄ se stātis sine aliqua obliq̄tione. Dicit notāter (significare p̄ modū fixitudinis) ad excludendū nomina adiectiua. vt sunt albus niger. que ꝓcāt p̄ modum adiacētis. Dicit notanter (sine aliqua obliq̄tione) ad excludendū obliq̄s scz gtm̄ dtm̄ ꝛ abltm̄. qui nō possunt esse suppositā Actūs autē potest eē suppositū in ordine ad ꝓbum p̄sonale infiniti modi. vt me legere. scholarē ꝓficere est bonum. Sed appositū est ꝓbum ꝓcās actum p̄ modū dicibilis de altero. vt dicendo ego lego. ibi lego ꝓcat actū legendi p̄ modū enūciabilis de re ꝓcata p̄ hoc suppositū scz ego. In qua descriptione ꝓbum ponit ad dām aliaꝝ ptium orōnis. eo q̄ nulla aliaꝝ ptium orōnis significat per modum dicibilis de altero Dem̄ subiungit (ꝓcās actum) per q̄ datur intelligi ꝓcatū vel res appositi. Tandē dicit (per modū dicibilis de altero) per q̄ remouent verba ip̄sonalia. q̄ non p̄nt esse apposita. q̄ quāq̄ hūt

Regule grãmaticales

modum ꝓcandi essentialẽ verbi. scz [illegible] tuxus ⁊ fieri dicibilis de altero tamẽ carent modis ꝓcandi accidentali[illegible].s. ꝑsona ⁊ nũero disponentib⁹ ad ꝯstructionem suppositi ⁊ appositi

Sciendũ secundo. ꝙ suppositũ est duplex. s. directum ⁊ indirectũ Suppositum directum est. quod fit per ntiñ in ordine ad ꝓbum ꝑsonale finiti modi. vt homo legit. vbi homo est suppositũ directum in ordine ad istud verbum personale finiti modi scz legit. Et dicit directum. quia fit ꝑ ntiñ qui directe ꝓcat rem suã a qua actus verbi egreditur. vñ Florista Suppositum rectum per primũ dicito casum. Suppositio tali vult ꝑsonale potiri. Sed suppositum indirectũ est quod fit per obliquũ casum in ordine ad verbum personale infiniti modi. vt me legere. me studere. me scribere. vbi me est suppositum indirectũ in ordine ad verbum personale infiniti modi scz legere. Et dicit indirectum. quia indirecte ꝓcat rem suppositi. Vñ florista Sunt indirecta reliquis tibi significãda

Sciendum tercio. ꝙ ꝓbum personale �fm vocem sic describitur. est verbum quod �fm vsum vel �fm artem est ꝯiugabile per tres distinctas terminationes trium personaꝝ. vt clamo clamas clamat. In qua quidẽ descriptione dicitur (�fm vsum vel �fm artem) ꝓpter quedam verba defectiua. vt sunt infit inquit explicit ⁊c. que ꝯiuis �fm vsum non ꝯiugantur per tres distinctas terminatiões. tamẽ �fm artem nõ repugnat vt ꝯiugent per tres distinctas terminatiões trium personaꝝ. Sed quia hec descriptio est insufficiens. ⁊ solum ex vi vocis data. ⁊ etiã quia non conuenit omni verbo personali. quia verbo personali infiniti modi nõ conuenit. ideo relinquitur esse ꝑsonalis Verbum ꝑsonale est ꝓbum cui inest ꝑsonalis ꝓprietas ex ꝯpatione ipsius actus verbalis ad substantiã extra a parte ante. In qua diffinitione ꝺz notanter (cui inest ꝑsonalis ꝓprietas) per quod innuitur ꝙ ꝑsona sit accidens verbi. Accidens q̃dem ꝯmune verbi licet sit accidens ꝓprium verbi personalis Dicit notanter (ex ꝯpatione actus verbalis ad substãtiam) ad innuendũ ꝙ ꝓbum capit suam ꝑsonalitatẽ a supposito prime persone. quia ꝯpatur ad ꝓbum prime ꝑsone Et sil'r ꝓbum dicit secunde persone. quia ꝯpatur ad suppositũ secunde persone Vel quia est actus rei de se loquentis. vel ad alium Vel quia attribuitur rei loquenti de se. ⁊ nõ econuerso. dicimus ꝙ suppositũ est prime persone. quia ꝯpatur ad ꝓbum prime persone. Vel suppositũ est secunde persone. quia ꝯpatur ad ꝓbum secũde persone. Cui⁹ ratio est. quia prima ꝑsona ꝓcat rem de se loquentẽ. Secũda autẽ ꝓcat rem ad quam sermo dirigitur. Tercia vero ꝓcat rem de q̃ fit sermo. mõ actus ⁊ opationes sunt suppositoꝝ. i. singulariũ. verba aũt non ꝓcãt supposita sz accidens. ergo suppositũ non capit ꝑsonalitatẽ ab apposito siue ꝓbo. sz potius econuerso Dz notãter (ad subam extra) ad excludendũ subam intra. a qua ꝓ⁹ non ꝺz ꝑsonale. q̃ suba intra ꝺz res verbi. que est in omni verbo tam ꝑsonali q̃ ꝓsonali. vt notum est. Sz de verbis impsonalibus patet per Priscianũ in primo minoris dicentẽ. Verba quippe impsonalia si intrinsece inspiciant ad eoꝝ res referunt. ⁊ tercie sunt ꝑsone.

Antiquorum

Quotuplex est verbum psonale. Dom q est duplex .s. finiti modi z infiniti modi. Verbum personale finiti modi est cui inest psonalis proprietas ex ꝓpatione actus ꝟbalis ad substantiã determinatã extra a parte ante Vel sic. est quod ꝓpatur ad substantiã extra a parte ante cum inclinatiõe finita vt ẽ idem sibi. z vt actus ꝑgreditur ab ea. In qua ꝺdem descriptione ꝺr (qõ ꝓpatur ad substantiã extra a parte ante) eoꝺẽ modo intelligendo sicut ꝓus dcm̃ est in diffinitione verbi psonalis in cõmuni. Dicit notanter (cum inclinatione finita) ad excludendũ verbũ personale infiniti modi. quod ꝓpatur ad substantiã extra a pte ante cum inclinatiõe infinita. Dicit notanter (vt est idem sibi) quia ꝟbum qõ inclinatur ad substantiã habet se vt accidens. accidens aũt z substãtia faciunt idem in numero Et ꝺr notanter (vt actus ꝑgreditur ab ea) ad denotandũ q ꝟbum psonale finiti modi ꝓpatur ad substantiã vt ab eo egrediatur. z nõ vt in ea reseruetur. Sed verbũ personale infiniti modi est qõ ꝓpatur ad substantiã extra a parte ante cum inclinatiõe infinita. vt est idem sibi. z vt actus in ea reseruat Dr notãter (cuz inclinatõe infinita) ad ꝺrãm verbi psonalis finiti modi. qõ ꝓpatur ad subam cum inclinatiõe finita Et ꝺr notãter (vt actus in ea reseruat) per qõ tangit suppositũ verbi psonalis infiniti modi. qõ est accũs qui ẽ casus receptiuus z ꝓseruatiuus actus verbi transitiui. vt me amare. vbi actus amãdi incerte siue infinite ꝓpatur ad substantiã indeterminatã importatã per accm̃. in qua reseruatur actus amandi.

Quot sunt ꝓditiones q̃ requirũtur ad debitã ꝓstructionẽ suppositi cũ apposito Dom q duodecim. nam sex req̃runt ex parte suppositi. z sic sex ex pte appositi. Primo req̃ritur ex pte appositi modus fcãdi fluxus z fieri. cui in suppositõ correspõdet modus fcandi hꝫtus z quietꝫ. qz fluxus z fieri nõ potest sine subiecto haberi. hoc ẽ q omnis motus siue fluxus nõ potest fieri sine subiecto Quapropter ꝺr Aristoteles in tercio phꝫsico z. q motus nõ est ꝑter res. hoc est sine termino a q̃ et termino ad quẽ. modo verbũ fcat per modũ fluxus vel fieri. ergo req̃ritur aliqꝺ firmũ. quod sustẽtet talẽ fluxũ vel tale fieri. Secꝺo req̃ritur ex pte appositi ꝓpositio. q̃ nihil aliud est q̃ꝫ inclinatio actus ad subam. cui ex pte suppositi corrũder modus per se stãtis. qz appositũ habet suũ significatũ in in suppositõ. ergo requirit modũ p se stãtis siue fixitudinis. qui fcat aliqꝺ firmũ sustentãs significatũ appositi. Tercio req̃ritur ex parte appositi modus fcãdi vt ad alterum. cui corrũdet in suppositõ modus fcãdi qui est illud qꝺ est alterum. hoc est suppositũ debet significare rem in rõne principij vt qꝺ est illud alterum. Quarto req̃ritur ex parte appositi modus. puta sex finitus vel infinitus. cui ex parte suppositi correspõdet causa. vt si ẽ verbũ personale finiti modi requirit nom̃ pro suppositõ. Si aũt est verbũ psonale infiniti modi requirit accm̃, p suppositõ. vt iohannẽ legere. Quinto req̃ritur ex parte appositi numerus habens numerũ sibi ꝓportionatũ in suppositõ. vt si suppositũ sit singularis numeri. tunc etiã appositũ pariformit̃ debet esse singularis numeri. z ecõuerso misi sit in orõne figuratiue cõgrua. vt in orõne figuratiue admissa Sexto req̃ritur ex parte appositi persona ha-

tens psonam sibi proportionatã in suppositio. vt si suppositũ est prime persone secũde vel tercie. appositum silr debet esse prime secunde vel tercie persone. t econuerso

His presuppositis ponitur cõclusio respõsalis regule. q̃ suppositum t appositum in oro̅ne simpliciter congrua volunt cõuenire in tribus accidentib⁹ grammaticalib⁹. s. in numero in psona t in rectitudine casuali. dũmodo eis talia accidẽtia ꝓueniant Que conclusio ꝓbatur auctoritate omniũ grammaticoꝝ in hoc vnanimiter ꝓsentientiũ q̃ suppositũ et appositum volunt conuenire in his tribus accidentib⁹ zc Et hoc patz specialiter autoritate Floriste dicentis. Persone numeri casus habitudo roretur. Si discõueniunt admittit aut ꝓhibetur. Cui ꝓsonat dcm̃ Alexãdr in secũda sui libri parte dicentis Vult intransitio rectũ supponere verbo Dicebat notantur (in oro̅ne simplr congrua) propter oro̅nes siue cõstructiones figuratiue admissas. s. euocationẽ. conceptionẽ personaꝝ. plepsim. antithesim siue alliothecã. t zeugma. In quib⁹ omnib⁹ oro̅nib⁹ figuratiue ꝓgruis supopositũ t appositum discõueniunt in his tribus accidẽtib⁹ grãmaticalib⁹. Quapropter regula intelligitur de oro̅ne simpliciter congrua Postea dicebat (dummõ eis talia accidẽtia ꝓueniant) q̃ multa possunt esse supposita que nõ sunt alicuius numeri certi et psone certe. vel alicuius certi casus. vt patet in istis oro̅nib⁹ Legere est agere. legere t non intelligere est negligere. seruire deo est regnare cũ ipso. Et silr de multis alijs oro̅nib⁹ dõm est

Contra predicta obiicitur primo sic. Regula ista presupponit falsum. ergo ipsa est falsa. quia p̃supponit q̃ ꝑbum psonale vult habere ntrũ pro suppositio. mõ hoc est falsum. quod ꝓbatur. quia ꝑbum impersonale etiã habet ntrũ pro suppositio. vt dicendo via curritur. ibi curritur est ꝑbum impsonale passiue vocis. t habet ntrũ pro suppositio Et q̃ sit verbũ impsonale patet. q̃ curro est neutralis generis desinens in o. t nõ potest accipere r sup o. q̃ si acciperet r non esset latinũ. vt curro curror non dz

Dõm negando ꝓnam. quia curritur non est ibi ꝑbum impsonale. sed personale passiue vocis Et quãdo dicit. tamẽ curro est ꝑbum neutrale t nõ potest accipere r sup o Verum est in ꝑma t secũda psonis in verbo passiuo. tamẽ bene recipit r in tercia psona. q̃ ꝑm Petrum helie Ab omnib⁹ verbis neutralib⁹ actionẽ significantib⁹ possunt deriuari verba passiua tercie persone. Dicebat notanter (actionẽ significantib⁹) propter ꝑba neutralia que significãt figuralẽ dispositionẽ. vt sunt sto sedeo a quib⁹ non deriuãtur verba psonalia passiue vocis tercie psone Sed que est rõ q̃ verba neutralia nõ possunt de se formare verba passiua psonalia ꝑme vel secũ de psone. Dõm q̃ ideo. q̃ sicut natura nihil facit frustra. ita t ars nihil facit frustra. cum ars imitatur naturã. modo si talia verba neutralia facerẽt de se passiua in ꝑmis t secũdis psonis. talia verba essent frustra. i. ad nihil vtilia. q̃ prima psona ꝓcat rem de se loquentẽ. via autẽ de se nõ potest loqui. dicendo ego curror. cum sit res inanimata carens loquela. Silr secunda persona ꝓcat rem ad quã sermo dirigit. sed frustra dirigeret ad viam. ꝯ est

Antiquorum

ad istam rem que nihil intelligit. ergo non ꝺr a via tu curreris. Sz tertia persona ſcat rem de qua fit ſermo. mō inter primā ⁊ ſecundā ꝑſonam bene poteſt fieri ſermo de aliqua re. ſiue illa ſit animata ſiue inanimata. Quapropter dicit Petrus helie. q ab omnibꝫ verbis neutralibꝫ actionē ſignificantibꝫ deſcendūt verba perſonalia paſſiue vocis in tercijs ꝑſonis. vt curritur laboratur ⁊c.

Aſecundo. Illa eſt congrua ſortes ⁊ plato currunt. ⁊ tamē ſuppoſitū et appoſitum dicō uenium in numero. quia ſuppoſitum ſcz ſortes vel plato eſt ſingularis numeri. ⁊ appoſitum ſcz currūt eſt plis numeri. ergo diſcō uenium in numero. Et non poteſt dici q geminatū ſingulare equipolleat numero plurali. quia ſingulare additum ſingulari facit ipſum magis ſingulare. ergo nō equipollet plurali. Hūs ꝓbatur. quia bonū additum bono facit ipm magis bonum. vt ꝺr in topicis. ergo a ſimili ſingulare additū ſingulari facit ipſum magis ſingulare. Item omne tale additum ſuo tali facit ipſum magis tale. quare ipſum magis eſt ſingulare. ergo numerus ſingularis additus numero ſingulari facit ipſum magis ſingularem. Item nihil dat quod nō habet. ſed numerus ſingularis nō habz numerū plem. ergo non dat ipſum. Item totum nihil aliud eſt q̄ſ ſue partes ſimul ſumpte. ſed hic partes ſunt ſingularis numeri. ergo ⁊ totū. Ꝺro cuius argumenti ſolutione eſt aduertendū. q q̄ſ cōiter dicit in grāmatica q duo nti ſingulares copulati ꝑ coniunctionē copulatiuā equipollent vni plurali. Tamē finaliter eſt ꝺām q copulatū poteſt conſiderari dupl̄r. vno mō fm ſe ⁊ abſolute inquantū duo nti ſingulares copulātur ad inuicem non in ordine ad vnum tercū. ⁊ ſic geminatū ſingulare non equipollet numero plurali. Alio mō ꝯſideratur illud copulatū non fm ſe ⁊ abſolute. ſed quātum ad modum ſignificādi inquantū iſti duo nti ſic copulati ordinātur ad vnum tercium. ⁊ ſic geminatū ſingulare poteſt equipollere plurali. Et hoc quidē verum eſt quātum ad ſignificatū. i. materialiter. ſed nunq̄ quantū ad modum ſignificādi. id eſt formaliter. ſicut oſtendūt auctoritates pro iſta parte adducte

Atercio. Iſta eſt congrua. athene eſt pulchra ciuitas. ⁊ tamē ſuppoſitum ⁊ appoſitū diſcōueniunt in numero. quia ſuppoſitū ſcz athene eſt plis numeri. ⁊ appoſitū ſcz eſt ē ſingularis numeri. ergo ⁊c.

Ꝺām q hoc nomen athene ⁊ quodlibet nomen ꝯſimile habēs terminationē plis numeri ꝯſideratur dupl̄r. Uno mō inquantū ſcat locum ciuitatis. hoc eſt inquantū eſt proprium nomen ciuitatis. ſic eſt ſingularis numeri. tunc ꝺr̄ō eſt ſimpl̄r congrua. ſcz athene eſt pulchra ciuitas. Alio mō inquantū tale nomen vel ꝯſimile ſcat multitudinē hominū inhabitantiū iſtum locum ciuitatis. ⁊ ſic eſt plis numeri. ⁊ tunc ꝺr̄ō eſt vicioſa. excuſanda tamē ⁊ admiſſa ꝑ figuram que dicit antitheſis. ⁊ habet fieri quādo numerus ponitur pro numero

Aquarto. iſta eſt congrua turba ruunt. ⁊ ſil̄r iſta plurima turba ſtrauerunt veſtimenta ſua. ⁊ tamē ſuppoſitum ⁊ appoſitum diſcōueniunt in numero. quia ſuppoſitum ſcz turba eſt ſingularis numeri et appoſitum ſcz ruunt eſt plis numeri. vel ſtrauerunt. ergo contra regu

lam. Dicedum q regula intelligitur de oro̅ne simpliciter congrua fm vocem z significatione̅ simul. Sed iste oro̅nes z ꝓsimiles no̅ sunt congrue simplr. hoc est fm vocem z significatione̅ simul. sed tm̃ sunt ꝓgrue significatiõe. hoc est fm rem significatã. sed admittunt per alliothecã vel ꝑ antithesim. que hz fieri qñ vnum accidẽs ponitur ꝓ reliquo. sicut vnus numerus ꝓ alio ponitur. vt liquet in ꝓsentib⁹ oro̅nib⁹

